
e-rara.ch

De conceptu et triplici Mariae virginis gloriosissimae candore

Wimpfeling, Jakob

[Basel], [nach 11. Februar 1494]

Persistenter Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-18410



Textus opera aliquot Sebastiani Brandt C 13

Liber Cartusien(sium) in Basilea perveniens a doctore Sebastiani Brant continens subscripta /

· De Conceptu et Triplici Gloriosissime Marie Virginis Candore Carmen Jacobi Sletstaten

· Varii generis carmina doct. Sebastiani Brandt in laudem Glorios(e) virginis Marie / plurimorumque sanctorum utpote / Sebastiani / Onofrii / Valentini / Ivonis / et Laurentii /

· Carmen de Querimonia beate Marie Virginis in passione Christi

· De Consolatione Christi ad Matrem / Carmen eiusdem

· De Indulgentiis datis intuentibus Arma Christi /

· Rosarium ex floribus vite passionisque domini nostri Ihesu Christi consertum / sanguinolentisque Rosis compassionis eiusdem gladios intemerate virginis intextum / cum Ave Maria continuandum /

· Elegia Christi tollaphius resp /

· De Manna celesti et de ingratitudine omnium illud edentium Carmen

· De Origine et Conversatione bonorum Regum et laude Civitatis hierosolyme / cum exhortatione eiusdem recuperande /

De Conceptu et triplici Marię virginis gloriosissimę candore: Carmen Iacobi Vimpfelyngii Sletstatini.





· I · · B ·

Reuerēdissimo in Christo patri: Dn̄o Berthol do Sacrosanctę Maguntinę eccl'iæ Archiep̄o: maximo optimoq; sacrosancti Romani imperii principi electori: Iacob⁹ Vimpfelingus Sletstattensis. obedientiam & fœlicitatem.

Visū mihi fuit Reuerendissime Pōtifex: nequaq̄ me p̄ter officiū acturū esse: si hæc mea carmina: nomini tuo celeberrimo clarissimoq; dicarem. Ex hoc eteni euētuꝝ speraui: vt nō solū versiculi mei: si nō priscoꝝ vatū maiestatē: at christianā pietatē redolentes: sub tui noīs vmbra: calūniantiū morsib⁹ nō paterent. sed etiam nouū hoc Marię gloriosissimę dei matris p̄coniū. ob amplissimā virtutis tuę phamā: omniū christifideliū auribus / acceptius & gratius intonaret. Equidē quum Sediliū. Prudentiū. Aratorē. Prospeꝝ. n̄ratemq; Rabbanū. & cęteros qui inter christianos carmīe valuissent. aut parum / aut nihil de cœli regina cecinisse viderē. arbitratus sum eam indignā silētio & obscuritate. & hoc quicquid est quod de ea canerē. tibi iucundū esse accęptūq; fore non dubitaui. qui te scirem eius virginis religione semp̄ pientissima veneratorem esse. Itaq; p̄suasi mihi ipsi: reiectuꝝ te esse: nec audituꝝ eos: si qui forte criminādo causent versus nostros elegātiorū poetaꝝ carminib⁹ longe dissiles. nullis fabulamētis ornatos. & inuenustos. verbosos deniq;: ac idem sæpissime resumētes. q̄nquidē p̄ exactissimo iudicio tuo: certū habeas vbi veritatis copia sit. illic

cōmenticias fabulas mēdicare ineptissimū esse. deturpari quoq; nō honorari videri purissimam virginem. si spurcissimis illis fœminis cōferat̃: q̄s errabūda quondā gētilitas decātauit. In quo ꝑfecto (vt ī cęteris) christianissima est snia tua. Nā tametsi fucosus ille nitor: lasciuiensq; petulātia: versum prurientib⁹ aurib⁹ gratiorē efficiat: tamē nō est assentatio gētilitatis amatoꝝ / eousq; nobis desiderāda: vt intemerandā sacrosanctāq; veritatē: idolatraꝝ figmentis cōtaminare velimus. Quis haud negauerim: verboꝝ sniarūq; honestiorū decorē. ab illis sine iniuria christianę ꝑfessionis (quod & nos plerūq; fecimus) in vsum nostrū assumi posse & accomodari. Cęterū quod verbositatē nobis ęmuli improperare posse videnť. id mihi dandū videbať sacris lr̃is: catholicisq; doctoribus. vt quoniā eoꝝ verba: gratissima esse virgini laudatę / non dubitabā. illis quoad ei⁹ fieri potuit inhęrerē: & ea ꝑpe trāssumerē. Itaq; cōpulsus sum idē sæpiusule dicere. Quāobrē obseruādissime princeps: quantūlibet nobis obtrectent / illi supsticiosi latini nitoris vindices. satis tamē supq; laboris nr̃i fructū assecutus videbor: si tibi alioquin in grauissimis nō solū ꝓuinciæ tuæ: sed etiā toti⁹ Germanię negociis occupato & distēto: nōnunq̄ deuotiōis aut animi gratia: summam cœloꝝ reginā: hoc nostro carmīe salutādā / laudādamq; esse decreueris. Vale ex Spira Kaleñ. Maii. Anno salutis nostrę. M. cccc. xciij.

De Cōceptu et triplici
Mariæ virginis gloriosissimę candore/Carmen Iacobi Vimphelingii Sletstatini:


Exordium.

MAxima nr̄aꝝ spes/ porꝰ/ & anchora reꝝ
Quo cumulet priscū natio nr̄a decus.
Aurea quē tandem/ fœlixq; Maguncia sacrum:
Et sibi delectum gaudet habere caput.
Suscipe quod magna canimus de virgine carmen:
Carmine nulla quidem dignior esse potest.
Flagrabant veteres obscęno pectore vates:
Et lusit vario cęca libido pede.
Dum raperet doctos mulier lasciua poętas:
Cui caneret laudes ingeniosus amor.
Me vero rapiat cœlo quæ præsidet alto.
Me rapiat totum maxima virgo sibi.
Huic tenues musas: tenerūq; poema dicamus:
Hanc vnam celebret nostra camœna deam.
Pelignis redolens Nasonis elegia: clarum
Reddiderat nomen pulchra Corynna tuum.
At si Naso sacram studeat cecinisse parentem:
Deficient versus/ ingeniumq; cadet.
Cynthia quid ꝓdest/ quæso/ tibi docte Properti?
Cynthia quæ musas inficit vsq; tuas.
Iamq; Catulle tuum diffamat Lesbia nomen.
Quæsita est fœdo carmine fama tibi.

Vt caneres traxit te Delia culte Tybulle:
  Carmina mulcendis auribus apta suis.
Blanda puella/ tuo visa est tibi digna cothurno:
  Ingenio causas quæ daret vna tuo.
Tu tñ. & reliqui. quos (heu) spurcissima Thays:
  Et quos impulerat scribere sæuus amor:
Si Mariam vestro cœpisset psallere versu
  Musa: imperfectum destituisset opus.
Hancq; Maroneo si tentet acumine musa:
  Non posset vires suppeditare sibi.
Hãc quoq; si caneret / graiũ laus / magnꝰ Homerꝰ:
  Ingenio fieret tardior ille suo.
Nec mihi tam validæ vires / numeri neq; tanti:
  Assunt in laudes virgo beata tuas.
Ergo age diua parẽs / decus & spes maxima mũdi: Innocatio.
  Totius humani plasmatis / vna salus:
Adiutrix (vt sæpe soles) properata venito:
  Nutantis dubium dirige vatis iter.
Adsis o regina fauens: venięq; Maria
  Inuentrix: cœptis annue quæso meis.
Laudes quęro tuas: vtinã tibi promere possem Narratio.
  Carmina digna deę: carmine digna dea es. Ouidius
Altior es cœlo: pelagoq; ꝓfundior: in te
  Nobile fœdus homo cum deitate tenet.
Candida tu mente es. pulchris tu candida mẽbris:
  Candidior summa iam sita in arce poli.
Hoc mihi propositũ: triplex hic carminis ordo:
  Concinet hoc trinũ nostra Minerua decus.

In primũ virginalẽ candorem Argumentum Sebastiani Brant.

Candorem primum mentisqꝫ/animeqꝫ decorẽ:
Explicat hoc vates/carmine virgo/tuus.
Quo te conceptam macula sine/& absqꝫ litura:
Comprobat exemplis: & ratione docet.



Nondum materno ſub pectore clauſa iacebas: Candor aīe ex conceptu.
Dum patrī notus iam tuus ortus erat.
Interpræs diuum cœli demiſſus ab arce: Virgilius.
Aggreditur mꝫſtum lꝫtificare patrem.
Ne ſterilem crucient iterū ſe probra maritum:
Marceſcatqꝫ carens fertilitate ſenex.
Pone tuos Ioachim mꝫrores/nuncius infit:
Nec mea te trepidum reddat imago: caue.
Quippe tibi morem geret exorata poteſtas:
Anna ſinu gelido/te patre mater erit.
Filia chara deo: vobis erit vna ſuperſtes:
Quæ ſibi/quæ vobis nomen ad aſtra feret.
Inter virgineas animo præſtante puellas:
Gratior hæc ſummo nata futura deo.
Iſta dicata deo/votū impletura paternum eſt.
Aluum quam penetret ſanctificata prius.
A teneris annis populi fugitura cateruas:
Ad delubra/citos diriget illa pedes.
Hæccine nato ſuo non ſit prꝫdicta parenti?
In re perſpicua quis titubare velit?
Prædictus nunquid fuerat baptiſta Ioannes?
Num fortis Samſon? nonne Iſaacqꝫ patri?
Et non grandꝫuo fuerat prædicta parenti
Filia. quæ ſummū ſit paritura deum?
Filia. quam veterum celebrant oracula vatum.
Cuius & agnoſcunt ſæcula cuncta typos.
Quid multis opus eſt/longis ve ambagibꝰ? iſta
Vaticinata ſuo creditur eſſe patri.

Interea sanctæ tumuerunt viscera matris.
Atque Anna/sterili corpore/fœta parit.
Nascitur hæc virgo: & sacris vagitibus orbem
Intrans: purpureo concipit ore diem.

De Cōceptione virginis

Sancta fuit primū conceptio: candida: fœlix
Mox natalis erat candidus/atque sacer.
Vtraq; lux nobis veneranda est: atque celebris
(Præsidio matris ne careamus) erit.
Cur non egregiam summa cum laude Mariam:
Cernua plebs Christi glorificare velit?
Quam sine peccato concępit originis Anna:
Lustrauitq; sacri flaminis alta manus.
Hæc etenim priscis res est perspecta figuris:
Atque argumentis/historiisq; patet.

Cōcept⁹ Marię tripliciter ꝓbatur.

Conceptum tribus his si demonstrauero sanctū:
Candorem mentis sit cecinisse satis.

Prim⁹ Typ⁹. Mulier cōterēs caput serpentis.

Mox vbi plasma nouū fallax deluserat anguis:
Carperet vt vetito stipite poma sibi:
Maximus ille deus/pacis pia fœdera cassans:
Cum colubro/dixit/fœmina bella geret.
Et tibi pro meritis tandem gelidissime serpens:
Fœmina lætiferum conteret vna caput.
Diuinus de te resonabat sermo: draconis
Allisura sacrum sola Maria caput.
At sine peccato si non concępta fuisses:
Qualiter hæc poteras sternere colla precor?
Tu valida calcans sathanan virtute/triumphas:
Ne videare graui succubuisse iugo.

Inuidus attrita trepidans ceruice chelydrus:
Virgineos sensit pondus habere pedes.
Prima quidem nullas habuit congressio vires:
In te tum sibi vis omnis adempta fuit.
Nam nisi tanta tibi victoria parta fuisset:
Non posses palmæ mater habere typum.
At quia vicisti simul hac in parte draconem:
Palma (nec immerito) diceris esse virens.
Nec tu palma modo: sed cędrus / & alta cupressus
Crederis: vt virgo tu tibi testis ades.
Neutra timet placidos arbor quæ spargit odores:
Ne fœdam cariem sordida blatta ferat.
Haud illis affert contagia longa vetustas:
Squalida nec tabes destituisse potest.
Expers perpetuo sic tu putredinis arbor
Candida / pura / nitens / illabefacta manes.
Sicut & ipsa refers: electa es myrrha: suaui
Quæ lepide famulos pascis odore tuos.
Ne sensim subrepat edax in corpore tabes:
Neu vermes rodant myrrha ministrat opem.
Tuq; atros scelerum colubros propellis: & abs te
Computrescendi fugit origo procul.
Et rosa te puram testatur candida matrem:
Plantata in hiericho (te referente) rosa es.
Nascitur in spinis rosa: nec sentes habitura.
Nam nec odorantem retrica pungit acus.
Iam dudum spinis tribulisq; infecta parentum:
Matrem te (fateor) spinea terra creat.

Secūdus Typus Palmę.

Tertiꝰ Typꝰ Cedri & Cupressi.

Quartus Typus Mirrhæ

Quintꝰ Typus Rosæ.

At tu casta parens / & alumna futura tonantis:
Haud concępta riges asperitate patris.
Nam velut e spinis mollis rosa surgit acutis:
Nil quod lędat habens: tu quoqꝫ blanda venis.
Tu rigidis itidem crescens ex vepribus olim:
Sentibus a patriis contrahis acre nihil.
Nec tu virginei flos intemerate pudoris:
In matris poteras marcidus esse sinu.
Si deus omnipotens: tetricis spinis adopertam:
Leni castaneam pelle laterę iubet.
(Quippe illam toto videas hirtescere dorso:
Corticeqꝫ & diris obriguisse pilis
Sed tamen internos mater natura / recessus
Leniter effingens: aspera nulla parit)
Quo magis in spinis concępta: iuuamine nati
Spinarum fœlix virgo rigore cares.
Sext⁹ Typus Aurorę. Et tibi diua parens auroræ ascribitur ortus:
Sicut hymęneo carmine scripta canunt.
Oceanis titan cum se dimerserit vndis:
Rursus & Aeoas lumine lustrat aquas.
Aurora a radiis surgens solaribus exit:
Antea quam phœbi lampade fulget humus.
Tunc oritur: roseo gaudens se spargere vultu:
Docta quidem radios accumulare suos.
Vt nunq̄ occasu veniens: sic semper ab ortu:
Occiduos minime vergit adusqꝫ lacus.
Nanqꝫ vbi prębuerit mundo sua lumina titan:
Excipitur radiis: deinde fit alma dies.

Quod si sensisses olim contagia mater:
Qualiter auroræ nomen habere queas?
Occasum peteres sub nigris orta tenebris:
Nec tua lux flammis cresceret vsq̧ suis.
Immo tibi genius/primū viciata dedisset
Munera: sordidulus si tuus ortus erat.
At quoniam recte/surgens aurora vocata es:
Nube procul pulsa: lux tibi prima data est.
Gratia concępta: data quā fœliciter: aucta est:
Mater inexhausto lumine sola nitens.
Nec sinit infęctam te sordibus esse Maria:
Stella quod irradians: diceris esse maris
Nanq̧ ea: cęruleum sulcant qui nauibus æquor:
Securum nautis sędula pandit iter.
Noctes atq̧ dies se visa fideliter offert:
Occiduo nunquam pręcipitata lacu.
Te virgo stellam veteres dixere marinam:
Qua patriæ littus possit adire miser.
Ergo potes nullas concępta pauere tenebras.
Nec te præcipitem dira vorago rapit.
O decus/o sancta/tu formosissima mente:
O mea parthenice: candida/pura/nitens.
O pelagi portus: nautis spectabile sydus:
Virgo decus cœli: stella Maria maris.
O prompta adiutrix: res sit certissima cunctis:
Principium vitæ quod sine labe feras.
O vos mortales: maris hoc venerabile sydus:
Amplecti libeat carmine/laude/prece.

Septim⁹ Typus stellę maris.

Huc ꝓperate (precor) cupidi iuuenesq́ʒ senesq́ʒ:
Hac tuti (moneo) currite sæpe via.
Huc velut in metam vestros defigite vultus:
Quam nisi conspicitis cursus inanis erit.
Aethereas nemo speret conscendere sedes:
Stella nisi lucem prebeat illa suam.
Sæpe cupit/mentis quē spicula dira lacessunt:
Spe veniæ/spurcam deseruisse viam.
Nititur ille quidem: tentatq́ʒ resurgere sæpe
Sed premit infirmos carnea cura pedes.
Nec poterit facile diris emergere damnis:
Ni mater dextram porrigat illa suam.
Ergo age mi/frater: christi venerare parentem:
Sancti conceptus: annua festa colens.
Si lata trepidas excludere labe Mariam:
Sordida quod fuerit forsan origo timens:
Aspice quanta deus donarit munera matri:
Aspice reginam quanta figuram notet.
Octauus Typus Porte Ezechielis
Nunquid in Aetra vidit quā Ezechiel arce:
Cunctis clausa viris porta perhennis erat?
Israel/hic regem/vates præuidit iturum.
At nullis aliis possit patere viam.
Hæc fuerat virgo quā gratia replet opima:
Soli candidulo peruia porta Iesu.
Intrat & ægreditur castissima membra puellæ
Iesus: & vt fuerant intemerata manent.
Præter enim Iesum: nemo penetrauerat istam:
Omnibus hæc aliis inuia porta manet.

Sed miſer o Plutho: patris hæc lue ſi viciata eſt
  Pertulit ingreſſum ſęuiciamq; tuam.
Pectora nam penetras culpis obnoxia fallax:
  Et quæ clauſa deo ſunt / tibi corda patent.
Hinc puer hoc vicio corruptus / filius irę eſt.
  Quem tibi ſubiectum mox ſinit eſſe deus.
Ergo (cui cordi eſt infantem tingere lymphis)
  Flamen: ab hiſce locis egrediare iubet.
Fretus & altiſonis verbis. precibus. cruce. flatu.
  Ex virtute dei te pepuliſſe poteſt.
Iuppiter anne ferox habitaſti pectora matris?
  Candidula (vt libuit) voluere membra potens?
Sæue ne Plutho moram tali ſub corde quietam:
  Secretoſq; aditus hoſpitis inſtar habes?
Nunꝗ crediderim (qui virginitatis es oſor)
  Te matrem veri diſtinuiſſe dei.
Abſit vt id credam fœlix o mater: atrocem
  Lęuiathan artus incoluiſſe tuos.
Nunquam crediderim. tibi nec regina verebor
  Pęſtiferum gelido virus ab angue datum.
Quantumcunq; breui momento temporis atrum
  Te virgo imperium ſuſtinuiſſe negem
Horrendum dictu. templum / matremq; tonantis
  Oppreſſam toruo dęmonis eſſe pede.
Qui dum torqueret ſqualentia tela venenis
  Excidit. et nullo fixa ſagitta loco eſt.
Perfidus inſidias in te confinxit inanes:
  Et tibi necquicquam retia ſparſit iners.

Confirmatio per tropum.

Exaggeratio Tropi.

Deniq; si sancte non es concępta. quid obstat
Quin sathanę fueris filia diua: parens?
Filia tu sathanę fueris? templumq;/domusq;?
Sit procul hic error. sacrilegumq; nephas.
Lętheis ducibus fuit in te nulla potestas.
Nulla in te serpens iura malignus habet.
Tu vero mira effrenem virtute coherces:
Et spolia inuito plurima sæpe rapis.
Tu superos. summũq; deum. tu numina cœli
Flectis. & auscultãt tartara victa tibi.
Maxima spirituũ legio tibi seruit. & vltro
Cœlestes volitant ad tua iussa chori.
Te cœlum/te terra colit: te pontus & æther.
Forsitan & stygię te venerantur aquæ.
Ipsa quid in cœlo rerum/pelagoq; geratur:
Atq; quid in terris vna videre potes.

Ouidius.

Quicquid vbiq; vides cœlum/mare/nubila/terras:
Omnia sunt manibus clausa patentq; tuis.
Te penes est vnam vasti custodia mundi:
Et ius vertendi cardinis omne tuum est.
Tu potes antiquũ collidere fortiter hostem.
Tu potes aduersas stesnere sæpe manus.
Tu superum nosti dirum placare furorem.
Tu christi populos sæpe iuuare soles
Tu virgo. tu diua parens. tu sola fuisti
Digna: in qua mundo est conciliata salus
Magnanima/illustris/pia/prudentissima: cunctis
Seu candore animi seu pietate prior.

Quanta nec est / nec erit / nec visa prioribus annis:
  Reginæ cœli nobile culmen habes.
Et quia sceptra dedit cōmunia natus herilis:
  Diuisum imperium cum deitate tenes.
Quippe tuę dedit ille potens iura omnia dextræ:
  Quicquid apud superos: quicquid vbiq; velis.
Si tibi tanta deus voluit contingere dona
  Candida nimirum conciperere dedit.
Si qua piis animis fuerit prudentia: casum
  Non te crediderint sustinuisse grauem.
In macula quis te concęptam virgo putabit:
  Quæ fueras tantis vaticinata typis?
Pontificis florens Aaron tu virga suprę mi.
  Tu non exustus qui flagrat igne frutex.
Hortus conclusus: fons consignatus. oliua
  Fertilis: & tangens sydera scala iacob.
Arbor es excelsum grandis quæ pulsat olympū:
  Et ramum gestans lęta columba Noe.
Tu mons / compagem fecit lapis vnde resectus:
  Fons paruus de quo flumina magna cadunt.
Teq; figurabant Gedeonis vellera quondam
  Hortus tu nobis deliciosus eras.
Iris es / a phębo triplici quæ tincta colore est:
  Quam dedit indicium fœderis ipse deus.
Sponsa / cubile / domus / genitrix / vrbs alti tonātis
  (De qua magna olim dicta fuere) dei.
Atrium es / & thalamus: tu diluuiiq; profundi:
  Et testamenti mater es archa duplex.

Exaggeratio typorū diui. Bern. sup sal ue Regina

Tu terræ medium: soboles diuina: salutem
Quo dedit humanam: nos vehementer amans.
Tu rosa. tu palma. & paradysus. gēma. columba.
Tu nardus redolens / phystula / myrrha: crocus.
Balsamus / & manna: & cœlestis amygdalus: vrna
Aurea. presepe / & vinea. pinguis ager.
Turris / & aula dei. patribus promissaq; tellus:
Quæ cum lacte nouo dulcia mella daret.
Tu fons ortorum. tu flos in vallibus herens.
Aurea tu porta. & firma carina Petri.
Tu matutinum sydus. tu filia. templum.
Castrorumq; acies ordine terribilis.
Margarita simul. tu inter solennia vescis
Errantum littus. stella serena maris.
Nauis es & panis. cynamomū. apotheca / colūna.
Tu candelabrum. mensa. corona. tuba.
Gloria tu solymæ. tuq; israel vna voluptas.
Tu nostræ summus relligionis apex.
Tu splendor. Tu gentis honos. Tu summa tuorū
Gloria. & antiquę phama supręma domus.
Virgo eadem genitrix. eadem quoq; filia. & alti
Sponsa dei. titulis facta beata tribus.
Regina es veniæ. nostrę dulcedoq; vitę.
Fida patrona hominū / spes / decus / ordo / salus.
O quam te memorem virgo. quę carmina cudam?
Inprimis sponso quę bene sola places.
Disparibus tecum mea carmina passibus ibunt.
Et cędent meritis inferiora tuis.

Figure ve. testa.

Ingenium decies si mens & acutior esset:
Pluraq́ꝫ cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen iccirco cōplecterer omnia verbis:
Materia vires exuperante meas.
Et mihi non facile quisquam ꝑsuaserit: istud
Pondus / & hanc molem tam subiisse grauem.
Si mihi non prorsus res hæc perspecta fuisset:
Sensissemq́ꝫ animum credere posse meum:
Quod virgo o facilis / clemens / mitissima / dulcis
Scripta hæc cum venia qualiacunq́ꝫ legas.
Si tot multigena rerum sub imagine quondam:
Venturam sancti te cecinere patres:
Hoc etiam munus quo te suprema potestas
Iuuit: ne mendis inficerere tenes.
Forte aliquis volet argutas iactare cauillas:
Testandi robur non habuisse typos.
Si typus ille vetus: si prisca figuraq́ꝫ: nostras
Haud plena mentes cognitione docet:
Inducit / suadet / factumq́ꝫ probabile monstrat:
Et vero similem rem tamen esse canit.
Quid nostræ q̄uis fidei doctissimus: vnquam
Demonstratiuis astruit vsq́ꝫ modis?
Scribimus & loquimur: res vt sinit / atq́ꝫ facultas:
Nemo tibi dygito monstret operta dei.
Dum tibi post triduū vitam dixti redituram:
Nonne tibi testis Christe figura fuit?
Vipereum quęrit genimen portenta: sed audit:
Signa dabit Ionas pisce propheta latens.

Ouidius.

Octo ratiocinationes immaculati conceptus.

HActenus expressa est cõceptio sacra figuris.
Nunc referat firmos nostra minerua locos.
Argumenta canam nunc/ & validas rationes:
Ne quod molimur sola figura probet.

Prima ratiocinatio.

O generosa parens enixa puerpera regem:
Qui mare/ qui cœlos/ qui phlegethonta regit.
Te deus ille prius mundi quam machina staret
Elegit christum quæ paritura fores.
Te voluit matremq3/ & alumnã: quippe tenellas
Annuit vt fauces: blanda papilla riget.
Quem tu ventre geris: quem tu mater peperisti:
Virgineo nullum corpore passa virum.
In cunis tua quẽ constrinxit fascia: quem tu
Fers/ ducis/ refoues: ore labella premens.
Vt macula careas (prętante potenter alumno)
Tanta dati nutrix munera lactis habes.
Tanta sub augusto gestati pectore fœtus:
Tanta ex te genitæ pręmia prolis habes.
Quid ni maternę pręcelsus originis auctor
In primo vitæ limine ferret opem?
Scilicet æterna matrem quam sorte volebat
Venturam nati cœlitus esse sui:
Et potuit labem propellere rector olympi:
Hanccine ne caderet non tenuisse putem?
Omne nephas: omnẽq3 mali purgamine causam:
Crediderim magnũ pręsecuisse deum.

Ouidius.

Pręripuisse deum credam miserabile vulnus:
Ante animam potuit quam tetigisse suam.

Nanqꝫ pater poterat: rerum cui tota potestas
  Et decet / & fieri phasqꝫ piumqꝫ petunt.
Et nihil admittit dominus quod dedecet vnquã.
  Ergo parthenicen haud cecidisse sinit.
Sed ne materna caderet labefacta ruina:
  Cauit supręmi prouida cura patris.
Et tua mater habet pręconia singula Iesu:
  Quæ famam nequeant diminuisse tuam.
Hoc vero laudi est: hoc non infringit honores
  Christe tuos: ideo crimine virgo caret.
Non ideo par es (fateor) genitrix pia nato.
  Non ideo æquales accipis ipsa gradus.
Non vt dissimilis: minor & tibi laurea detur.
  Dicere fuscatam labe necesse fuit.
Te sinit immunem / decus & laus maxima ꝑlis:
  Gloria nec nati fit minor vlla tui.
Pace tua fari hic liceat sanctissima virgo
  (Nanqꝫ ego non vllo vera timore tegam)
Conciperere quidem solita sub lege parentum:
  Ni deus assuetum prępediisset iter.
Spiritus & patria viciatus labe fuisset:
  Si non prompta dei dextra tulisset opem.
At Iesus casto solum de sanguine cretus
  Fœdari minime transitione potest.
Quo non maiestas nati decrescit herilis:
  Id tibi quis prorsus non tribuisse velit?
Quinetiam maior pręstatur gloria nato:
  Ad se maternus cum quoqꝫ spectet honos.

Secũnda ratiocinatio.

Ouidius.

Tertia ratiocinatio. O foelix mater: patri / te natus honorans /
In primis potuit conciliare suo.
Perfecteq; suum potuit placare parentem:
Vt sis prę cunctis dulcis amica sibi.
Quapropter patria ne sis deprensa sub ira:
Nemo Iesum / sapiens / obtinuisse negat.
Si non pręueniens offensam christus auitam
Cauisset matri: nonne seuerus erat?
Exosam sineret matrem fore? mox ne paterni
Interclusisset triste furoris iter?
Virgilius. Huic vni forsan sineret succumbere culpæ:
Quæ ventura sibi candida mater eras?
Quarta ratiocinatio. Nempe colis Iesum summo pia mater amore:
Et magis astrictam te profiteris ei.
Non aliam ob causam quā quod te filius ipsam:
Prę cunctis voluit conciliare patri.
Et quod præueniens virus ne serperet in te
Dum vitam acciperes: mox aconita tulit.
Quod nisi fecisses: grates tibi non ita summo
Pendere deberet Christe Maria gradu.
Sed te magnus amor patrem mulcere coegit:
Vt foret infracto fœdere grata parens.
Quinta ratiocinatio. Hanc homini puro sortem si fata dedissent.
Principis vt furiam præripuisse queat:
Nonne suam studeat bene cōmendare parentē:
Ipsam ne sęui comprimat ira ducis?
Quod faceret / quicunq; suę genitricis amator:
An non fœcisti plenus amore Iesu?

Firmior ergo alii / fuerit dilectio matris:
Quam tibi? nec maior sit tibi cura tuæ?
An tibi non maior charę custodia matris?
An tibi non animæ cura sit vlla suæ?
Non tam sęuus eras: nec tam crudelis / & acer:
Te neq; tam durum credo fuisse Iesu.
Nil te dulcius est: quanq̄ mitissimus ipse es
In cunctos: matrem mitior vsq; colis.
Maxima non equidem poterat clęmentia: fœdū
Matris conceptū christe benigne pati.
At pręuenisti subitę contagia cladis:
Saucia ne tumido mater ab angue foret.
Deniq; mandatū: cuius longū datur ęuum — Sexta ratio/cinatio.
Obseruatori: non tenuisse nequis.
Corpora qui nobis donarunt: esse colendos:
Indixisse tuum scis bone Christe patrem.
Affatus verpos: non veni soluere legem.
Haud violas leges in genitrice tuas.
Nonne est visus honor? nūquid reuerētia visa est?
Obscęnam matris prænecuisse luem?
Hanc cum patre dabas sociali fœdere legem:
Qui legem dederas præteriisse caues.
Mater & æterno Iesu tibi fœdere nexa est: — Septīa ratio cinatio.
Nunquā ergo poterat esse inimica tibi.
O quam turpe foret: quā res foret ista pudenda:
Vel breuiter matrem displicuisse tibi?
Hanccine delectā sponsam / nitidamq; parentem:
Momento vexet dura repulsa breui?

Attonitam reddant inuisa repudia: quæ te
Electore tibi sponsa futura fuit?
Sanguine virgineo cupiens assumere corpus:
Negligeres patri conciliare prius?
At postquã intercępta tui fuit ira parentis:
Inuisam matrem noluit esse sibi.
Ipso a principio charissima virgo placebat:
Et fuerat summo semper amica patri.
Ordinat hanc siquidẽ dominus possessor ab ęuo:
Si nobis sapiens vera prophęta canit.
Nec poterat cassare tui decreta parentis:
Crimine consilium nec violauit Adam.
Octaua ratiocinatio. O veneranda parens: o summi sydus olympi:
O regina polos imperiosa regens:
Nobilis o mulier: o pręstantissima matrum:
Cuiusuis culpæ nescia: virgo ferax:
Excellens summi pietas / & gratia patris:
Visa est pręcones sanctificare suos.
Cur non maiori te prosequeretur honore?
Cur non dona tibi nobiliora daret?
An non / quã famulus pręcursor nuncius olim /
Vberiora tenes munera diua parens?
Nam quia delectus pręco est baptista Ioannes:
Hieremyasq; vtero sanctificatus erat:
Quis prohibet dominã pręferri vatibus istis?
Quis vetat: vt mater dona priora ferat?

Si te consimili fœdat conceptio labe:
Haud nati/famulis/clarior esse potes.
Ergo qui teneris deserta petiuerit annis:
Aequa sede/dei cum genitrice manet?
Nulla in parte sibi fuerit prelata Maria:
Si vicio patrio mens tua lesa fuit.
Verum sola tui conceptus gloria: vincit
Patres/qui resident inferiore gradu.
Totaq; pthenice mea: pulchra/venusta/decora es: Confirmatio
In te neuosum/sordidulumq; nihil.
Quod si sub maculis vnquã concepta fuisses:
In nitido labes pectore pulla foret.
Nam semel a iusto/tetra caligine mentis
Qui cadit: is nunq̃ nõ cecidisse potest.
Culpa quidem dirimi poterit pietate tonantis:
At nota/perpetuo tempore fixa manet.
Summa hæc sola deo censetur adempta potestas:
Ne fuerit/quod erat: si reuocare velit.
Sic quoq; si mater labe vnquã infecta fuisses:
Te fore crediderint secula cuncta ream.
Tota nec ipsa nitens: omni nec pte decora es.
Preteritum casum nec reparare potes.
Filiaq; & mater prima fecunda iuuenta: Fxaggeratio cõfirmatiõis
Sola deum dempto coniuge casta paris.
Hinc es tu fœlix: omni hinc dignissima laude es:
Dedecore hinc etiam quolibet ipsa cares.
At tibi si labes dederit materna lituram:
Iam tua semper erit gloria lausq; minor.

Natiuitas Christi.

O virgo fœlix humili quæ pectore summũ:
Crederis in terras elicuisse deum.
O fœlix nimium: totus quem non capit orbis:
Labitur in cuius viscera / factus homo.
O nimium fœlix quæ tempus & astra creantem
Lactasti: tanto pignore digna parens.
O duo fœlices: genitrix / & maxima proles:
Quis sine / nulli vnquã vita beata datur.
De turba mulier quã nõ tedebat herilis:
Menti sermones inseruisse suæ.
Clamabat Iesu: quæ te castissima mater
Aedidit: est fœlix / vbera / venter item.
Quid tum dicebas? fœlicem nonne negasti?
Arbiter & testis christe fidelis eras.
Respondens: matrẽ non inficiare beatam:
Aequabas sed ei / qui tua verba tenent.
Atq; prius casta quam te circumdaret aluo:
Quanq; tibi claro sanguine membra daret:
Ingressus tenerę secreta cubilia nymphę:
Vatibus intentam viderat esse deam.
Angelus: insuetam / placidoq; dat ore salutem:
Est cum qua dominus / virgo fidelis aue.
Gratia nanq; tuæ fusa est amplissima menti:
Prę cunctis mulier sola beata manens.
Tu benedicta: dei prolem paritura suprẽmã:
Sermones virgo ne vereare meos.
Non te sermo meus falsa dulcedine ludit:
Angelicus nullum fallere sermo potest.

Mox vt tantarũ didicit noua nuncia rerum:
Culmina montanis saltibus alta petens.
Festinis sanctam quęrebat passibus vrbem:
Grandęua promptas exhibitura manus.
Dum grauidam dulci compellat Elizabeth ore: Visitatio Elizabeth.
Grata mouet fœtum sub genitrice salus.
Numine confęstim vates afflata superno:
Excœpit matrem non sine laude piam.
Ad mea diua pedes vt flectat limina mater:
Quo mihi de merito gloria tanta venit.
Angelicis quæ virgo fidem dictis habuisti:
In te mirificum perficietur opus.
O fœlix quæ non diuina oracla supernis:
O fœlix fructus ventris amica tui.
His ego si nolim cõfidere testibus: esse
Te te fœlicem: tu quoq; testis ades.
Hęccine magna parens ficta aut similata fuere:
Quæ tu mellifluo carmine lęta canis?
Magnificans animus dominũ collaudat olympi:
Inq; deo sensit gaudia mentis apex.
Qui mea dum nullo turgescere pectora fastu
Viderat: in cuncta gente beata legar.
Te fore fœlicem si non es idonea testis:
Angelus / & proles firmat / & istud anus.
At qui crimen eis quos contigit esse beatos:
Non solet altitonans improperare pater.
Ergo nihil fuerit scriptu crudelius vnquam:
Nil de te dictu turpius esse potest.

Quam mater quod tantope exaltata tonantis:
Lętifero nequeas hoc caruisse malo.
Nō ego vana loquor: sunt qui tibi mater honorē:
Puri concęptus eripuisse velint.
In nostras qui te cupiunt detrudere sordes:
Quiq́ʒ student nostros euacuare locos.
Obicit̃ cōtra Hi forte obiiciant. in Adam peccauimus omnes:
Paulus ait: fateor: ne sua verba negem.
At nō lœtiferū venialeq́ʒ vulnus habebat:
Ergo illi patrium constat inesse malum.
Soluitur. Auscultēt: Paulus qua verba hæc mente recenset:
Is de cōmuni lege loquutus erat.
Iusticiæ largo decus a plasmante recępit:
Pro tota primus posteritate parens.
Quod ni abiecisset: dulci/ placida quoq́ʒ vitam
Duceret humanū prosperitate genus.
Nec foret ausa fames/ sitis/ aut offendere languor:
Nec posset medios rumpere parca dies.
Nec nos pelliceret tenere lasciuia carnis:
Quæ semp̃ menti subdita sponte foret.
Pronaq́ʒ parerent nostris animantia iussis:
Et modo quæ sęuit bellua blanda foret.
Criminis immunes & nulla incōmoda passos:
In sua susciperet regna beata deus.
At dum sponte parens mendoso paruit hosti:
His se nudatum dotibus esse gemit.
Abstulit humanæ placidissima munera vitæ:
Ad superosq́ʒ deo vindice clausit iter.

Quiſquis ab hoc igitur deſcendit ſtipite natus:
  Expers iuſticiæ damna paterna trahit.
Doni defectus quo debet præditus eſſe:
  In puero patrium dicitur eſſe ſcelus.
Non hac iuſticia decuit caruiſſe Mariam:
  Dum membris animus cœpit adeſſe ſuis.
Maximus eximia pater illam lege beauit:
  Conceptam ſolita conditione vetans.
Exemptam ſobolis fœcit matrem eſſe futuram:
  Syderei verſans maxima regna poli.
Quippe quod hæc fuerit ſcabræ pruriginis expers:
  Dant nobis facilem plurima ſigna fidem.
Scilicet in Maria: rerum natura nouata eſt:
  Abſq; viro genitrix: abſq; dolore parens.
Concipit abſq; viro: dedit integra corpore fœtum:
  Quemq; dedit terris: eſt deus/eſt & homo.
Plurima naturæ procul a ſe iura remouit:
  Hunc itidem curſum depulit ordo nouus:
Qui legem ſtatuit recto dictamine princeps:
  Diſpenſans eius ſoluere vincla poteſt.
Si nunc heroes hac libertate potiti:
  Prætereunt iuſſus diſſimilando ſuos.
Quam dederat legem quondā diuina poteſtas:
  An ne relaxari non potuiſſe putem?
Forte ſuæ matris nō & fuit ipſe redemptor — Obicitur ſecundo.
  Filius: is ſcrupulus poſſet ineſſe tibi.
Aemule: quid paucis dicam (niſi diſplicet) audi: — Soluitur.
  Nam tibi quod ſperas/ id mihi robur erit.

Non minor est virtus mox anteuenire ruinam:
  Quam lapso fidas exhibuisse manus.
Ne cadat in pręceps hominẽ qui sustinet: affert
  Maiorem lapsi quam releuator opem.
Christus erat summus quauis ex ꝑte redemptor:
  Sex instaurandi perficiendo modos.
Hunc equidem reparat lętali crimine tactum:
  Hunc redimit labi quem veniale facit.
Hos sacro renouare solet baptismate lotos:
  Quos a patre fluens inquinat atra lues.
Præuenit hos redimens casu deus exiciali:
  Hos leue ne verbum cõmaculare queat.
Quinqꝫ viis per quas nos liberat ipse redemptor:
  En sextum superest in reparando genus
Quo facit: vt labem non contraxisse parentũ
  Præcipua sobolem pro pietate sinat.
Ni Iesus hoc fœcit: perfectũ firmiter ipsum
  Esse redemptorem dicere nemo potest.
Sed quum plena sui fuerit reparatio mundi:
  Nonnullũ redimens hac quoqꝫ parte leuat.
Haud alium certe: quã dilectam genitricem:
  Hanc patria saltem pęste carere facit.
Obicit᷑ tertio — Nec tamen inficior quod forsan mortua christi
  Ante necem: stygias ingrederetur aquas.
Soluitur. — Non ideo manes virgo propararet ad imos:
  Labe quod obscęna cõmaculata foret.
Sed quia cęlestem / prudentia patris ab ęuo
  Sanxerat haud vlli posse patere viam.

Ni patula Christus clausisset in arbore vitam:
Quantocunque dei fretus amore fuit.
Sic quoque materno purgati crimine vates.
Spe libertatis sub phlegetonte manent.
Nec tibi dat palmã fatum quod passa Maria est: Obiectio q̃rta.
Non fuerat patrium mortis origo nephas.
Nec Christi intererat matri pręcludere poenas: Soluitur.
Quæ meritum poterant accumulare suum.
Leniter ad meritũ quicquid patiare ferendũ est: Ouidius.
Gloria qua crescit sit tibi poena leuis.
Absque dolore sacros mors blanda resoluerat artus:
Nec labes placidę causa quietis erat.
Ni vita defuncta esset: subreperet error:
Quo non verus homo coniicere Iesu.
Impius/ ex nympha sumpsisse vmbratile corpus
Diceret: & fidei magna ruina foret.
Forte aliquis latret si scripta vetusta reuoluas: Obiectio .v.
Nulla tibi vatum pagina testis adest.
Ille mihi dicat qua parte relegerit vnquam: Soluitur.
Quod sit materno sanctificata sinu.
Si nil credibile est/nisi quod bona nuncia cantant:
Non rapuit patres ex acheronte Iesus.
Multa relatrãti dare quid responsa necesse est? Testimoniũ ecclesię & cõcilii Basilieñ
Quid duro capiti fundere verba iuuat?
Plura quid in tenui munimina carmine ponam?
Quid frustra numeros accumulare velim?
Conceptus lucem si non decet esse celebrem:
Incedit Christi deuia sacra fides.

Quin & viuificum torquet quã numen habenis:
Errauiſſe Petri firma carina poteſt.
Approbatio Concilii Baſilieñ. Quin & deluſa eſt ampliſſima concio patrum:
Vrbs in te quondam quæ Baſilea fuit.
Abſit vt hæc noſtras Iudaica blaſphemia mentes:
Abſit vt hoc virus pectora noſtra bibant.
Spiritus ignipotens humili feruore vocatus:
Edocuit matris fęſta colenda pię.
Ouidius. Proſpera lux orta eſt: linguis animiſq; fauete:
Iamq; parens hymnos audiat alma nouos.
Salue fęſta dies: & fęſta redito quotannis:
Dum Chriſti ſtabit non ruitura fides.
O veneranda dies ſummus quã pręſul honorat:
Cardineoſq; ferunt quam coluiſſe patres.
Iſtaq; pontifices Encænea ſemper amabunt:
Et facient clerum glorificare ſuum.
Iſta ſacerdotes mater tibi fęſta parabunt:
Iucundoſq; hymnos cum pietate canent.
Hac ſacrum ſolenne die tibi ponet ad aras:
Cum carthuſiacis cętera turba viris.
Dulcifluas laudes votiuaq; thura piorum:
Omnibus in templis annua pompa dabit.
Conceptuſq; tui pręconia digna ſonabunt:
Atq; ꝑ alternos carmina lęta choros.
Fęſta hæc deuote celebrabũt annua matres:
Hunc peraget fęſtum caſta puella diem.
Fœlix perpetuos o virgo colenda ꝑ annos:
Hęc nunc ſemꝑ erunt annua fęſta tibi.

Et tibi/quem sanctę quondā concepta mereris:
Reddetur grati debitus orbis honos.
Quippe tui sacri conceptus inclyta mater:
Nobilium patrum concio testis adest.
In quibus & viuax animi solercia: maior
Doctrina: & pietas religiosa viget.
Primus ades/ nostra tenui quē carmine musa:
Deuocat/a supero hæc in mea vota polo.
Primus ades viridi redimitus tempora lauro:
Quam tibi pro meritis littera sacra dedit.
Tu decus ausonię clarum sanctissime lingue:
Maxime tu doctor/Tullius alter/ades.
Te vocat iste labor Hieronyme diue: disertam
Exhibeas linguam: te vocat iste labor.
Illa iterum dubio impetitur discrimine virgo:
Cui licuit primi frangere vincla mali.
Vt quondā Heluidii explodisti sibila victor:
Qui sua supposuit colla superba tibi.
Sic quicunqꝫ tuis aduersum pergere dictis:
Virgineumqꝫ audet peruiolare decus.
Quæ sit magna tuis facundia senciat oris:
Et iugulum gladio prębeat ille tuo.
Nanqꝫ vbi virgineas cœpisti effundere laudes:
Mixta hæc sunt scriptis dulcia verba tuis.
Gratia per partes: reliquis se infundere sanctis:
Proqꝫ suo captu corda replere solet.
At tibi syderei genitrix veneranda tonantis:
Gratia plena data est: gratia tota data est.

Testimoniū octo doctorꝝ.

Hieronymus

Nulla tibi in partes dissecta est gratia virgo:
Sanctior vt fieres omnibus alma parens.
Haud equidem inficior quin largo munere diuũ:
Gratia sit patribus credita multa sacris.
Sed tamen e patribus nulli se gratia tantũ
Intulit: vt totam se dedit ipsa tibi.
Illa etenim summo quę pręstita gratia Christo est:
Hæc eadem in gremium gratia lapsa tuum est.
Quam natura dedit Christo quia summitonantis
Filius: hanc patris dat tibi magnus amor.
Christi equidẽ innocuã semper sine crimine vitã
Crediderim: innocuam sicq; fuisse tuam.
Quam sacer ille dei genitoris munere natus
Iure capit: matri hanc gratia larga dedit.
Quodq; dedit Christo digne diuina propago:
Id tribuere tibi munera sola patris.
Illum non potuit patrium violare venenum:
Ne posset Mariam gratia sola vetat.
Quicquid enim valeo laudis tibi ꝓmere Christe:
Hoc valeo matri dicere Christe tuæ.
Non siquidẽ ignoro matris te tangere laudes:
Atq; tuum matri semper inesse decus.
Ipsa est angelicas superat quæ culmine laudes:
Dignior humanis laudibus vsq; manens.
Quantum igitur mater facturis pręminet ipsis
Angelicis: tantum cęlsior ipsa gradu est.
Angelicas nunq̃ potuit contingere mentes:
Lętiferum inficiens pectora quæq; malum.

Et tu cui angelicis multum pręstare cateruis
Concessum est: poteras hoc subiisse malum?
Sed tibi nonullis dissecta est partibus vnquā
Gratia: quæ gnati munere tota tua est.
Si tibi tota data est: nec quæ contagia matris
Præriperet: poterat virgo deesse tibi.
Diuus & Ambrosius: veri certissimus index: Ambrosius
Virgineiq; pius testis honoris: ait:
Hæc est virgo in qua nec nodus originis vllus:
Et culpæ cortex nec venialis erat.
Tu quoq; magne pater / Tuq; illustrissime princeps Augustinus
Et doctor fidei maxime: testis adi.
Tu quē maternæ lachrymę post deuia: summū
Nauiculæ lumen promeruere Petri.
Tu qui grandisono terres & cōprimis ore:
Miscentes fidei dira venena sacræ:
Tu cuius tutata fidem sapientia viuax:
Vrbis diuinę nobile finxit opus:
Cuius & ingeniū tot scripta reliquit: vt omnis
Se vidisse libros dicere nemo queat:
Augustine doces: adimi debere Mariam
Peccati quisquam si meminisse velit.
Quotquot enim fuerint homines per sęcula sancti:
Se tamen haud sceleri succubuisse negant.
Sola Maria nihil contraxit criminis vnquā:
Omni spurcicie sola Maria caret.
Tu quoq; sub christi persona & nomine præsul:
Augustine loquens: optima verba refers.

Contraxit patrii mater dispendia morbi:
Si mea destitui robore palma potest.
Cyrillus. Cyrillus qui Nestorium repressit iniquum:
Ecce tui testis virgo decoris adest.
Is siquidem dixit: nimiumque temerarius ille est
Qui maculam censet mater inesse tibi.
Anshelmus. Qui dubitat lucem conceptus esse celebrem:
Sincerus nunquā matris amator erit.
Anshelmus cecinit præsul doctissimus: immo
Virginis in laudes vberiora refert.
Tanta inquit Mariā clarescere luce decebat:
Qua fieri maior sub deitate nequit.
Si qua interuenit macula aut contagio: matri
Dum se misceret prolis amore pater:
Illa in gignentum mansit serpedo parentum
Carne: nec in sobolem serpsit amara lues.
Si qua recensebat prius his contraria dictis:
Errans humana labilitate pater
Anshelmus: iam castigāt sua scripta: britannis
Præsulibus passim missa deinde piis.
Richardus Fas erat & decuit: matris ne obnoxia culpæ
Richardus memorat: carnea membra forent.
Electrix & quā sapientia patris ab æuo:
Gentibus in lucem dispositura fuit.
Implicitam fœdis sineret pater esse tenebris?
Res indigna foret: te neq; digna deus.
Qui prolem mandas laudem præstare parenti.
Ingratus matri / nec venerator / eras?

Septimus huc testis Thomas accędit aquinas Thomas
Doctrina magna: nec probitate minor.
Scilicet Anshelmi quod ait de virgine verbum: Anshelmus.
Fidus vt interpræs non reprobare volens.
Tanta etenim Mariã clarescere luce decebat:
Qua fieri maior sub deitate nequit.
Quo plus defuerint contraria iudice Thoma.
Clarius augmentum suscipit inde nitor.
Nimirum a domino decuit quicquã esse creatũ:
Quo nihil in reliquis purius esse queat.
Omni si careat lue: sicut origine & actu
Libera: non peccans virgo Maria fuit.
Panormita sacri iuris doctissimus abbas: Panormita.
Hac de re scribens dulcia verba dedit.
Conceptũ celebrans hæc matris opinio: tanquã
Legitima: & vero proxima: grata mihi est.
Hæc quoq; præferri sententia rite videtur:
Romanę fidei quam nouus ordo probat.
O nitidos patres: meliori carmine dignos:
Quam canat exiguis nostra thalia modis.
Qui laudare deum cœli terręq; satorem:
Sic norunt: matris ne minuatur honos.
Sic matrem laudant sinceri: ne tamen vsquã
Sit minor excęlsi gloria summa patris.
Omnia quæ phas est / & quæ laudantibus illis:
Ascribi possunt: inclyta mater habet.
Cui non sufficiet doctorꝝ tanta caterua? Testimoniũ
Qui tantis patribus nolit habere fidem? Scolasticorꝝ. Doctorꝝ.

Origenes. Is legat & relegat: quid sensit Origenes ipse.
Scotus. Varronem & Scoti scripta profunda legat.
Io.Gerson Ac Hyldephonsum: de gersonaqꝫ Ioannem:
Gloria parisiis qui fuit ampla viris.
Thomas. Marsylius Thomas Argentinensis: & omnes
Scotum sectantes peruideantur ei.
Omnes hi: partes librant obnixius ambas:
Virgineaqꝫ luem mente fuisse negant.
Testimoniū Religionū. Sentit & hoc Iesu mundum quæ turba reliquit:
Viuens consiliis obsequiosa tuis.
Certatim accurrunt diuino numine passim:
Afflati varia ex relligione patres.
In primis totum late diffusa per orbem:
Benedictus. Quæ sequitur legem dux Benedicte tuam.
Dux bñdicte sacer: qui fons/caput/auctor: origo
Et pater antiquę relligionis ades.
Cuius pontifices multos: multasqꝫ columnas:
Romanę sędi regula sacra dedit.
Ex qua bis denę sumunt exordia sectæ:
Quas dare fœlicem constat in astra viam.
Bernardus. Tu Bernharde etiam (quo nō pręstantior alter
Virgineas laudes ore sonare pio)
Aspice quam lęte soboles tua: carmina pangat:
Virginis æthereę laudib us vsqꝫ fauens.
Quanquā te veterū pia per vestigia duxit:
Dura quidem ratio: flexilis illa tamen.
Vnus enim & validus/ turpes in virgine nęuos
Asseris: & patrio nō caruisse malo.

Sed reuocas: nam iudicium Papale requiris:
Et præfers scriptis cum pietate tuis.
Et quos progenitus rheno Germanus/in arta
Instituit Bruno relligione pater. Bruno.
Quorũ Augustinus pręceptor/regula/princeps.
Et Carmelitę: Chordigeriq; patres.
Omnes vnanimi mecum sermone Mariam:
Inmunem clamant sorde fuisse patris.
Si veterum merito veneror documenta virorũ:
Iudicio similem me decet esse suo.
Credere si nolim tantis: censebor iniquus:
Ingenii neruos præposuisse mei.
Et quid ni dura dicar ceruice proteruus:
Innixus capitis viribus esse meis.
Si nunc insontem dubitabo fuisse Mariam: Epilogus.
Quæ fuerit tantis vaticinata typis:
Quæ dudum cupido fuerat prædicta parenti:
Nobile quã vatũ carmen ad astra tulit.
Si tumido fastu tanta argumenta refutem:
Quæ constat magnos deseruisse patres:
Me saltem moueant durũ/ & miracula flectant: Testimoniũ ex miraculis
Gestaq; cor faciant molle stupenda meum.
Annales memorant Elsynus vt optimus abbas: Primũ miraculum.
Expertus fuerit sęua pericla maris.
Horrida tempestas cœlum cõmouit & vndas: Ouidius.
Naufragii (posita spe) metus omnis erat.
Laxantur funes: & proram cęrula quassant.
Vela cadunt: miseros territat vnda viros.

Desudant frustra trepido cum remige nautę:
Nec sistit rapidas ancora iacta rates.
Fit clamor/planctusq; virum: iam iamq; minant
Ante diem sano corpore cuncta necem.
Atq; vbi desperant Boreę se posse reniti:
Cœperunt animas credere Christe tibi.
Cũ lachrymis matrẽq; tuã implorãt: veluti quæ
Sæpe assit terra: sæpe vocata mari.
Dumq; ita suppliciter palmas ad sydera tendũt:
En superum dono mitior aura venit:
Ocius auditur solio delapsus ab alto:
Nuncius/attonitos exhilarare viros.
Virgo & mater ait vobis me regia misit:
Cuius tantopere sollicitastis opem.
Annua si fęsta ordiri decreueris abbas
Concęptus: tantis eripiere malis.
Mox euasuros hanc vos scitote procellam:
Cultores fęsti si libet esse noui.
Spondent: atq; fretũ mox tristior aura relinquit:
Nec dubio nubes vertitur atra noto.
Tranquillo tutæ procędunt æquore classes:
Adq; lares redeunt/& noua fęsta colunt.
Secundũ miraculum. Porro diuinæ quidam genitricis amator:
Legitimi tentans vincla subire thori.
Iret in amplexus prima quã nocte recumbens:
Assuetas Mariæ fuderat ante preces.
Dum matri loquit̃: tu pulchra es/tuq; decora es:
Astabat vultu candida virgo suo.

Quid tociens pulchrã frustra me carmine laudas?
Splendida si videor: cur placet illa tibi?
Cur me posthabita ꝓfugus noua fœdera quęris?
Hanccine quã ducis vincit imago mea?
Reddidit attonitus / vincis pulcherrima cunctas:
Conferriq; potest fœmina nulla tibi.
Tu niueas formosa rosas: tu candida vincis — Typhernũs
Lilia: tu vultu vincis & astra tuo.
Pura columbellæ similis / quam lactea vestit
Penna: nec in toto corpore menda sedet.
Tu niue candidior: Veneris tu clarior astro:
Mundior aurora: soleq; pulchra magis.
Tu decus electum: tuq; o clarissima mater:
Plus multo angelicis es redimita choris.
Angelicis si sum formosior ipsa cateruis:
Cur mihi mortalem præposuisse potes?
Quid faciat trepidus quærit: cui maxima mater
Reddidit: en ducam prosperiore via.
Te mihi coniunctũ cernes: hanc ãmodo sponsam:
Si tuus erga me linquere cogat amor:
Annua conceptus Sexto idus fęsta decembres:
Si perages: dabitur laurea grata tibi.
Dixit: & extemplo superas euasit in auras:
Is quoq; deserta coniuge fęsta colit.
Alter & infœlix: cęco succensus amore: — Tertium miraculum.
Furtiuos audet carpere nocte iocos.
Maneq; virgineas pro more exoluerat horas:
In sua securus tecta redire volens.

Dum temere fluuios tentabat scindere prora
Mergitur: atq; miser spiritus ima petit.
Inclyta post triduum famulũ sibi virgo reposcit:
Reddite laxata compede/mando/virum.
Soluite deuinctum tortores: soluite nostrum:
Qui nostrum egit opus: hiccine noster erat?
Tum miser eripitur: moxq; interdicitur illi:
Cogitet externos ne violare thoros.
Eestaq; precepit conceptus annua mater
Exigat: & digne magnificando colat.
Corroboratõ miraculoꝝ. Quid ni crediderim mirandis deniq; gestis?
Historias/murmur nunquid anile putem?
Semper erit tanti fœlix Anshelmus apud me:
Tanta est Anshelmo semper habenda fides:
Ipsius vt minime dubitem confidere scriptis:
Pontifices multi quæ sibi missa legunt.
Vlcio secus predicantiũ Suntq; relatrantes visi succumbere fato:
De varia duri relligione patres.
Hoc qui tentabant blasphemi carpere festum:
Inflicta est sceleris vindice pena deo.
Oppugnaturi rapido clamore procaces:
Quidam pertulerint: Anglia testis adest.
Tu simul hydoniũ: tu magna Cracouia nobis:
Tu quoq; non deeris Lemonicense solum.
Si tanta hæc quenquã nequeãt monimẽta supbũ
Flectere: quod dicam voluere mente velit.
Quid mirabilius quã quod nostris modo dictis:
Christicolas passim constat habere fidem:

Gallus & Illyricus: cū Theutone / credit Iberus:
Anglicus Hybernus: credit & Ausonius.
Sancta palęstinę iuuat hos exordia nymphæ:
Concęptusq; sacrum magnificare diem.
I nunc qui dubitas: in scirpo quęrito nodos:
Sub claro dubiam sydere carpe viam.
I nunc: & puras arenti fauce / paludes
Ebibe: cui mundi flumina fontis / olent.
Tu quoq; qui nostros pergis modo rodere versus:
Qui carpis cęlsę virginitatis opes:
Accipe quæ extrema canimus iam margine libri:
Dictaq; sub memori pectore verba tene.
Non dedignabor: si me quæ summitonantis
In matrem obscœna est: perfida ligua petat.
Virgineum tandem concęptū desine / quæso
Carpere: tum placeant carmina nostra tibi.
Non etenim nostra est sed gloria virginis almæ.
Mirificumq; decus: quod cecinisse iuuat.
Perlege: sed nostris nō offendare camœnis:
Candide lector ades: carminibusq; faue.
Pars vna exhausta est / iam nostri magna laboris:
Pars superest cępto continuanda pede.

In secundū virginalem candorē. Argumentū Sebastiani Brant.

Candorem explanans vates tuus ecce secundū:
  Quam puro fueris corpore virgo docet.
Candida membra / albis tua cōparat ille ligustris:
  Ebore tersa magis: candidiora niue.
Præterea in toto / quod nō cōmendet habunde
  Corpore: nil vates pręterit ille tuo.

HAc cecinisse ten⁹ tumidas liquisse ꝓcellas /
  Et scopulos musam transiluisse iuuat.
Sed nunc liberior tota resonante camœna:
  Virgineas laudes nostra Thalia canas.
En canimus nitidam / Iesu nitidissime / matrem:
  Da plectro faciles in mea vota modos.
Candidus ille quidem nō solū spiritus / aut mens /
  Maxima suprēmi dona nitoris habet:
Verū etiam toto semotas corpore mendas:
  Tędali verax carmine testis ait.
Nulla in te macula est: edoctus flamine vates
  Cœlesti affirmat: totaq; pulchra micas.
Nec quisquā nisi mentis inops dubitādo vacillat:
  Quin toto fuerit corpore pulchra parens.
Si tenet eximium candorem spiritus insons:
  Ornat præcipuum membra serena decus.

Viſcera ſublimis præſtantia ſpiritus intrat:
Illuſtremq; animam: nobile corpus habet.
Mutua perpetuo cõiungens fœdera nexu:
Corpora ſpiritibus dat deus apta ſuis.
Atq; animam infundens ex omni parte decorã:
Artus ſcit nitidos applicuiſſe deus.
Ergo animo par forma ſuo reſpondet in illa:
Reſpondet facies / ingeniumq; ſibi.
Hancq; ornat condita pia grauitate venuſtas:
Innocuuſq; rubor caſta per ora fluens.
O genialis honos / o præſtantiſſima forma: Deſcribit corpus ex ſentẽtia Alberti.
Gloria / maieſtas / gemma / corona / decus.
Nec macie corpus: nec craſſo pondere fœdum:
Optima ſed membris eſt habitudo tuis.
Optima concinnas ſociat connexio partes:
Conueniuntq; ſuis omnia rite locis.
Purpureo niueum condiuidit æqua colorem
Libra: nigros radios lumina caſta tenent.
Et coma ſub fuſco nimirũ tincta colore:
Inditium ſummæ conditionis adeſt.
Mira ſupercilii grauitas / ponduſq; venuſtę
Frontis: & ingenuo cernitur ore pudor.
O caput / o corpus nimio ſpectabile plauſu:
O decus / o ſpecies / gratia / forma / nitor.
Te nitidã reddunt coma / labra corallina / nares.
Vbera / mala / ſinus / brachia / colla / pedes.
Ambroſięq; comæ diuinum vertice odorem Virgilius.
Spirant: & dulci nectare lingua fluit.

Non hic humanus decor. at cœlestis imago est.
Hoc iubar: hæc species a deitate venit.
Quo fit / vt eximiæ matres / te virgo figurent:
Sed claras multo clarior vna preis.
Eua / Hester / Iudit / hinc cedũt nõ passibus æquis:
Datq; tibi pamam Sara / Rebecca / Rachel.
Te facit Abygail / decor & sapientia claram:
Nec tibi dat primum diua Maria locum.

Comparatio ad alias mulieres.

O quas nobilitat virtus / at gloria nymphæ.
O matronarum quã generosa phalanx.
Eminus ite precor cessure: non eadem vos
Effigies decorat: cedite quæso procul.
Quelibet e vobis partim speciosa refulget:
Hæc vero toto corpore pulchra micat.
Vos terrena quidem mente: hæc diuina volutat.
Effœte estis anus: plena Maria manet.
Vos (cum pace loquar) peperistis sæpe tyrannos:
Diuinam sobolem sacra Maria dedit.
Obsecro state procul: sinite hanc pcedere primã:
Iure tenet primum diua Maria gradum.
Cedite mox: sedes a dextris nonne supremas:
Cœli reginæ cernitis esse datas?
Nam vos materna ne vos ex carne refertis:
Numen ab hac sacrum iussit esse luem.
Vos humili populo descenditis: at pia mater
Excelso regum sanguine creta venit.
Virtutes (fateor) quasdam coluistis: at illa
Nulla virtutum / maxima virgo caret.

Vos geritis vestes auroq; ostroq; rigentes:
Omne decus mater nobilis intus habet.
Vestra quidē redolent fragranti corpora nardo:
Hæc animam morum pascit odore suam.
Vos iuuat Aeois pectus variare lapillis:
Vt formosa nouo quæ parat ire viro.
Tergaq; iactatis crines p eburnea: vultus
Tingitis: hæc soli fert placuisse deo.
Vosq; superbitis princeps si porrigat vngues:
Hæc gremio inclusit absq; tumore deum.
Vos iuuat ora viris coram prębere diserta:
Angelica prudens virgo salute stupet.
Candida purpureo suffusa puella rubore:
Mansueta & simplex/prouida/casta/tremit.
Pulchra rubor tinxit rapidusq; & amabilis ora:
Dum noua suscepta est a Gabriele salus.
Quidnam respondit tum prudentissima virgo?
Consulto mouit labra Maria sagax.
Ecce ancilla inquit dominiq; ministra potentis: **Annūciatio.**
Aequa vtinam votis sint tua verba meis.
Vix ea dicta: deus matris subit ilicet aluum:
Concipit illa statim: dictaq; pondus habent. **Concęptio.**
Nec tamen vlla suum versat iactantia pectus:
Ast humilis tantæ prolis alumna manet.
O dea si prima repetens ab origine pergam: **Virgilius**
Vitæ musa tuæ non erit vlla satis.
Virtutum custos/speculū/exemplarq;/& imago
Cunctarum: patrio quas quasi iure tenes.

Diuinę Salomon scripturæ nanq; sophiam:
Recta Ezechias: sed tibi corda dedit.
In te deuotam traduxit relligionem
Iosias: summus sed patriarcha fidem.
Singula quæ patres dederant: dedit omnia natus:
Excellens cunctos dona sub orbe tuus.
Nec temere vsq; adeo cœpi nunc ludere versu:
Vt sperem totum psallere posse decus.
Alma parens / æterna salus / electaq; sponsa:
Quod laudi detur / quid tibi quæso deest?
Sancte concępta es: mundo quoq; sancti⁹ orta es:
Teq; sibi natam plaudit vterq; parens.
Subdita nutrici pares / & subdita patri:
Indole pręclara scita puella places.
Quis te non dicat si viderit ista profecto:
Immensi fœtus maxima mater erit.
Tertius a natu vix iam defluxerat annus:
Paruula dum templum patre iubente petis.
Ascendens superum feruens & fortis amatrix:
Visa es ter quinos scandere sola gradus.
O nymphę / vitam domita quæ carne pudicam
Viuitis: huic gaudens obuia turba veni.
Excipe magnifica sublimem laude puellam:
Aeterna est cunctis vnde futura salus.
Non hæc de vestra rogo sorte putetur: an istam
Sanguinis obscuri creditis esse rogo?
Hanc deus æterno vobis ex ordine cunctis
Prætulit: huicq; pius dona priora dedit.

Ordo vitæ virginis.

Presentatio in templum.

Exclamatio ad virgines.

Illi larga dedit mores natura pudicos:
Et raras dotes/ingeniumq; dedit.
O templi vos cultrices castæq; puellæ:
Quas iuuat edomita carne vacare deo.
Ordo hæc sit vestrę/lex & certissima vitæ:
Sit via/sit ductrix/sitq; magistra precor.
Nam sua si cordi est vestigia carpere: nunq̃
Ibitis ad stygios hoste trahente lacus.
Certe vita huius semper directa supernas
Ad leges: secure est imitanda piis.
Non hic lasciui motus: risus ue procaces:
Non mores ætas quos iuuenilis amat.
Hic pudor/hic probitas/castiq; modestia vultus:
Hic metus: & superũ feruidus ardet amor.
Hæc morũ eloquii: virtutum/pacis/amoris/
Iusticiæ/ & fidei nobile lumen erit.
Incessu placida est: verborũ parca: suauis:
Componit gestus: lumina/verba/manus.
Corporeos pariter sensus/oculosq; modestos:
Comprimit vt nulli scandala ferre queat.
Assurgens natu maioribus: aspera vitat
Iurgia: prędulcis/blanda/benigna/fauens.
Pacis amans: librosq; legens: solacia gustat
Quæ gustanda suis preparat ipse deus.
Illecebras mundi virgo aspernatur inanes:
Nil nisi diuinum cogitat/infit/agit.
In te fixus erat mentis deus optime feruor:
Tu sibi spes/finis/gaudia/vita/salus.

Virtũtes virginis.

Et sincera preces sua mens offerre profundas:
Assolet immodica sedulitate tibi:
Quæ vitam statuit virgo obseruare pudicam:
Se voto astringens prima Maria fuit.
Mox incredibilem / comi grauitate / pudorem:
Conspicuos mores castaq; verba sequens.
Mox dictis animisq; etiam sublimibus ardet:
Nec corpus neq; mens ocia captat iners.
At tenerum florem ætatis / lucemq; virentis:
Excolere officiis gestiit vsq; piis.

Exercitium virginis.

Staminis obnixe studiosa sacreq; sophie:
Diligit alternas officiosa vices.
Quid vero tandem tali de virgine fiat:
Si merita ignoras / maxima nosse potes:

Ouidius.

Dum deus humana visurus imagine terras:
Nos voluit stygiis eripuisse locis.
Hanc sociis ex virginibus sacraq; caterua:
Elegit natum vt sit paritura suum.
Hanc elegit vti sinuosis nuncius alis:
Portet ei a summo cardine missus Aue.
Inscia conspectu titubans virguncula primo:
Tradidit edoctas ad pia fata manus.
Ex templo grauidã scandens montana sororẽ:
Querit: & optatum gentibus edit onus.
Mox vbi qui tenero latuit sub pectore Christus:
Aegressus niuei claustra pudoris erat:
Poplite prima cadens sinuato numen adorat:
Quippe / hoc in puero / nouerat esse deum.

Atq; tenella/modo nati/legis veneratrix:
Infantis tingi membra cruore sinit.
Excepitq; benigna parens humaniter: ad se
Aeoos tulerant qui tria dona magos.
Decreto mater morē gestura vetusto:
Ad delubra velut purificanda venit. Purificatio
Dum rex in pueros sęuit: fęstina petebat
Paruo Niliacos agmine septa sinus.
Dehinc natale solum generosa reuisit: Herodem
Angelus vt fato procubuisse docet.
O iucunda dies/o dulcia gaudia: dum tu
Couiuncta es caro lęta Maria Iesu.
Dum noua tinctus aquis venit lustrare lauacra:
Prædicat inflāmans/ miraq; gesta patrat.
Suscipis ipsa Iesum: spectas/amplecteris/audis:
Compellas/ refoues/ sędula mater ades.
Tu cęnæ intereras: hymenęaq; fęstą decorans:
Affuerat roseo filius ore tuus.
Dūq; parant epulas/potādaq; vina ministri:
Absq; meri calices stare liquore dolent.
Mutaret Bacchi gelidos vt munere fontes:
Tu poteras monitis obtinuisse tuis.
Natus odoriferi refluentia dona lyęi:
Fontibus ex liquidis (te rogitante) creat.
Sed quanquā natus (mater quē fida sequuta es) Quinq; dolores virginis
Maxima præstiterit gaudia sæpe tibi:
Non tamen is vetuit/qui nos/passurus adibat:
Quo minus inuisis afficerere malis.

Prim⁹ dolor. Tristia primum audis: sacroq; pneumate doctus
In templo Symeon vaticinatus erat.
Secūdus dolor. Altera virgineum mouit iactura dolorem:
Dum patria solus mansit in æde puer.
Terti⁹ dolor. O mater quanto fueras affecta dolore:
Iniecere hostes dum fera vincla Iesu?
Quart⁹ dolor At maiore tuū laniatur vulnere pectus:
Anxia quando vides in cruce virgo Iesum.
Quotquot parturiens deuitat virgo dolores:
Nato compatiens sub cruce mater habet.
Astitit illa gemens / vdo / & sine sanguine vultu:
Dum sobolis rubro membra cruore madent.
Luxit inexhausto lachrymarū flumine mater:
Vidit & immoto vulnera quinq; pede.
Exanimes artus membra & pendentia vidit.
Vulnera respiciens: pectore vulnus habet.
Occubat exanguis: pallescunt frigida lęto
Lumina: purpureus deserit ora color.
Tum sua (quē Symeon prędixerat) ense doloris:
Pectora transfosso contremuere sinu.
O quales gemitus: quātus dolor / & cruciatus:
Sub cruce dum lachrymās / exanimisq; stetit.
Sic virgo obstupuit: tenera & sic mēbra tremebāt:
Vt cum populeas ventilat aura comas.
Virgilius Quis tibi tum mater cernenti talia sensus?
Quos ve dabas gemitus? quā rogo tristis eras?
Quid tibi mentis erat / mihi dic o mesta: pudendo
Dum natum aspiceres claudere fine dies?

Ille per aereas pendens expalluit auras:
  Et ferme expleuit mystica dona crucis.
Matrem & discipulum ligno speculatur ab alto:
  Officiumqꝫ suum vult paranymphus agat.
Iamqꝫ valedicens / & verba nouissima: virgo:
  Succedat nobis ille minister ait.
Exanguē ecce meam / nec quicquā hūoris habentē:
  Et tremulā matrem mox noua cura capit.
Continuo qui vitæ / animæqꝫ alimēta ministrat:
  Vultū atqꝫ os linquēs / pectora sanguis adit:
O matres: puer extinctus quas forte reliquit. Tres causæ incōparabilis luctus virginis.
  Quæ magnos luctus altaqꝫ verba datis:
Non huius vestri poterūt æquare dolores.
  Primas hæc partes maxima martyr habet.
Sola etenim Christum peperit: nulloqꝫ pudica Prima causa
  Cum patre diuiso virgo dolore riget.
Quis matrem / nisi mentis inops / in funere tanti
  Flere vetat nati: quem parit absqꝫ viro?
Atqꝫ hæc chara sibi cruce figitur vnica proles: Secunda cā.
  Quæ solaretur nulla superstes erat.
Parcius e multis mater desyderat vnum: Ouidius
  Quā quæ flens clamat tu mihi solus eras.
Adde quod hęc mater stās comin⁹ / inspicit hastā / Tertia causa
  Vulneraqꝫ / & clauos / spinea serta / crucem.
Aspicit a dextris latus hoc adapertile nati:
  Aspicit vt fœlix sanguis & vnda fluat.
Segnius irritant animos demissa per aures: Horatius.
  Quam quæ perspicuo lumine visa patent.

Quint⁹ dolor Accędit quoq; maior ad has angustia pœnas:
Maior ad hos planctus causa doloris adest.
Dum corpus cruce depositũ præsenserat: & mox
In noua perferri dum monumenta videt.
Hic primum sedit gelido męstissima saxo:
Hic tener in gremio filius vnus erat.
Virgilius Hic complexa sui est corpus miserabile nati:
Męsta hic sub tenero pectore corda tremũt.
Concurrũt trepidę comites: dominãq; ruentem:
Excipiunt flentes anxietate pari.
Dic mihi musa precor: quantos regina dolores
Pertulerit: cernens occubuisse Iesum:
Dic mihi singultus / lachrymas / suspiria / planctus:
Pallorem / atq; metus: quos tulit alma parens?
Dum / quantũ libuit / fera gens grassata fuisset:
Et peteret proprias sanguinolenta domos.
Quæ mõ mater erat: crucis in loca virgo ꝓpinquãs
Excœpit tremulo corpus herile sinu.
Contrectat / miserãs tenet / aspicit / oscula figit:
Et videt & tangit / nec tetigisse iuuat.
Procũbit suꝑ atq; hęret / lachrymansq; / gemensq;
Conqueritur verpos infremuisse truces.
Nec tenuit lachrymas / mota est pietate parentis:
Nam mens immodici plena doloris erat.
Et merito visa est pro nato flere perempto:
Atq; altos gemitus / non male quęsta / dabat.
Tandẽ vbi ꝑ lachrymas licuit / sic flebilis orsa est:
Singultu medios impediente sonos.

Nate Iesu: vita mihi carior / vna voluptas:
Quam prębes oculis funera męsta meis.
Nate deo summiq; patris certissima proles:
Iam ne tibi genitrix ipsa superstes ero?
Nate decus nostrum: nostri sors vnica partus:
Gloria / non tactæ nate parentis / vbi es?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te affectum digna videre fui?
Hic status / hæc rerum nunc est fortuna mearum?
Quæ prius Aligero teste / beata fui?
O rem mirandam / o facinus crudele stupendum:
O quantũ impietas prodigiosa fuit.
Cęca quod afficiens lętali vulnere te plebs:
Ausa est florigeros eripuisse dies.
O quam dissimilis meritis sententia præses:
Dic vbi relligio / ius / pietasq; manet?
Heu nimium fili / nimiũ crudele luisti
Supplicium: infœlix ne moreretur homo.
Quid tibi diuinæ redolens sapientiã venę
Profuit? & cęlso desiluisse throno?
Quid decor / aut virtus / aut optima profuit eheu
Vita? quid æthercam prędocuisse viam?
Non tibi doctrina terras implesse salubri
Profuit: & populos cõmonuisse rudes.
Non mutis linguam: cęcis oculos reserasse
Profuit: & claudos consolidasse pedes.
Non animas tetris reuocasse potenter ab vmbris:
A membris lępram nec pepulisse iuuat.

Querela ad filium vita functum.

Quid nam gnate mali fecisti candide Iesu?
Quæ tua culpa tamen verbere digna fuit?
Heu quia tu iustus / sanctus / sanctissimus insons:
Ingratis pręstas maxima dona viris.
Signa facis: verumq́ doces: & robore firmas
Aegros: ascendis rex benedicte crucem.
Hæc & plura refert. lachrymæ ... verba sequunt:
Oraq́ nequicquā per modo quęsta fluunt:

Septem gaudia virginis.

Te tamen assiduis mater tabescere curis:
Semper & affligi filius ipse vetat.
Dulcia nam carpis solatia: tuq́ fauente
Larga pio Iesu gaudia mater habes.
Cœlitus angelicam gaudes audire salutem:
Gaudes dum Iesum non temerata paris.
Gaudes æternam sobolem / diuina potestas:
Quam generat: licuit quod peperisse tibi.
Quæ pariens prolem suprēmi patris ab ęuo:
Illius es mater / cui pater ipse deus.
Dum venere Magi gauisa es: dumq́ tonanti:
Scitulus in sancta sistitur ęde puer:
Lęta resurgentem cœlos ascendere christum
Cernis: & hanc gaudens pergis in astra viam.

In tertiũ virginalẽ candorem. Argumentum Sebastiani Brant.

Qualiter in cœlos fueris transsumpta Maria:
  Qui sequit monstrat tertius ille liber.
Corporis atq; animę quæ nũc / pia virgo / venustas:
  Quis decor: aut quantus / sit tibi candor: habet.

HIc demũ Marię prorsus sua gaudia cõstãt:
  Scilicet assumptę gloria summa datur.
Tertius hic candor vultus animęq; venustas:
  Creuit: & excellens gratia / forma / decor.
Discipulis mundi diuersa parte citatis:
  Filius innumero milite cinctus adest.
Sponsa / soror / nutrix / & amica / electaq; mater:
  Dixit de lybano protinus ipsa veni.
Te mihi fluctiuago visum est educere mundo:
  Et tandem humanis eripuisse malis.
Iam mea regna petens: rutilo pociaris olympo:
  Iam dabitur mecum sũma corona tibi.
Prima locũ / sanctas heroidas inter / habeto:
  Et iam Seraphicis altior esto choris.
Reddit ad hæc: me me nunc o mea suscipe proles:
  En animus præsto est: mensq; parata tibi.
Circumstat duodena cohors: mox spiritus insons:
  Reiicit exuuias absq; dolore suas.
Dehinc animã Christus miro splẽdore choruscã:
  Extemplo membris iussit inesse nouis.

Tum regina potens tenues secęssit in auras:
Mansit odor: posses scire fuisse deam.
Fertur in æthereos mater sanctissima tractus:
Sublimi vt sedeat sęcula cuncta throno.
Dum super astra volat: diuorũ exercitus omnis:
Obuia turba sibi lęta trophęa ferunt.
Lęticia / cantuq; viæ / plausuq; sonabant:
Aspectu suauis tu modo mater ades!
Nec mora: consedit rutilo sublimis olympo:
Aurea purpureo conspicienda sinu.
Consedere simul sanctissima concio: & omnes
Ad dominam vultus opposuere suos.
Filius excępit: proceres comitantur: & omnes
Alludunt: omnis cœlica turba fauet.
Agmina reginam profitentur: deniq; cuncti
Obsequium properant exhibuisse suum.
Nam postquã virgo raptim agmina cœlica passu
Transiit: aduertunt lumina quisq; sua.
Non illa quicquã formosius vlla priorum
Aetas: humanum nec videt illud opus.
Intonsi crines niuea ceruice fluebant.
Stillabat tyrio Mirrhea rore coma.
Candor in hac non quem præfert Lathonia luna:
Sed phœbi nouies lampade maior erat.
Vtq; viret semper laurus: nec fronde caduca
Carpitur. æternum est sic habitura decus.
Hic vera ascensu patuit dea: nec sibi vultus
Mortalis: sed quem cernere quisq; volet.

Hic choreæ cantusq; vigent: passimq; beati
  Dulce sonant tenui gutture carmen Aue.
Hic iubili suaues amplexus/oscula/risus:
  Dulce hoc colloquiũ/gaudia: summus honor.
Hic regina Saba/natum visura Dauidis.
  Innumera Solymam septa cohorte petit.
Virtutum gemmas: aurumq; aduexit amoris:
  Sanctorũq; operum nobile aroma tulit.
Hic Bersabęe (quam regia suscipit aula)
  Matris amans Salomon nulla negare potest.
Hic tibi pro nobis ostendit alumna papillas:
  Dum tu demonstras vulnera Christe patri.
Hic deus in sanctas mentes/& pectora labi:
  Et solet illapsu lęta beare suo.
Hic pax/hic facies/hic est sincera voluptas:
  Hic secura quies: hic bona quæq; fluunt.
Salue vera dei mater: decus addita diuis:
  Quæ nobis & opem ferre patrona potes.
Tu mulier roseo cincta es titanis amictu:
  Est sita sub pedibus mystica luna tuis.
Et nitido caput ingenuum diademate fulget:
  Quo bis sex/visu sydera/clara nitent.
O quantã in cœlis gaudent spectare beati:
  Quanta voluptatis copia quæso fluit?
Quanta capit de te sanctus spectacula cętus:
  Fert diuus vultus gaudia quanta tuus.
O cœli te reginam quã dulcibus hymnis:
  Perpetuo (vt phas est) agmina lęta canunt.

Misicordia.

O vultus oculosq; tuos: o dulcior illo es
Melle: quod in ceris actica sudat apis.
Immortalis enim subtili corpore splendes:
Atq; agilis celeri mobilitate volas.
Purior es flāmis: volucri es pernicior aura:
Et quecūq; velis omnia mater habes:
Exultans/hilaris/fœlix/iucunda/beata:
Gaudes angelicis altior esse choris.
Filius o/faciat talem te cernere possim:
Et mihi candorem det reuidere tuum.
Nempe quid esse mihi poterit iucundius unquā:
Quam decus/& faciem cernere virgo tuam?
Non etenim carnem dubito sup astra reuectam:
Nec dubito plenam dotibus esse suis.
Diuorū siquidem Romana fides veneratur:
In cœlis animas membra relicta solo.
Atq; tuum vasti corpus non orbis/in vlla
Parte obseruari nemo negare potest.
Quod si nō fuerit cœlo sublime repostum
Quam reliqui: gaudes mater honore minus.
Thesaurū Christus vetuit tellure recondi:
Altis imponi sedibus vsq; iubens.
Sed quis nobilior thesaurus: corpore matris?
Ergo id: cœlestis gaudia lucis habet.
Fœlices quibus hos licuit spectare triumphos:
Qui tanta gaudent virgine posse frui.
Fœlices animæ quibus hāc agnoscere matrem:
Deliciisq; suis accubuisse datum est.

Viuite fœlices memores & viuite nostri:
Vosq; reuisendi ferte precamur opem.
In tantam nitidos dominam cōuertite vultus:
Plaudite/cœlestes cum genitrice chori.
O mater fœlix/o fœlicissima virgo:
O regina poli/magna/decora/ potens.
Tu nitida cumulas facie solacia diuis:
Terræ habitatores tuq; beata iuuas.
Omne hominū genus accelerat/suffragia querēs:
Sola quidem miseros virgo leuare potes.
Tu patres in honore suo matresq; tueris:
Tuq; comes pueris/virginibusq; venis.
Tu reficis iustos: tu spem peccantibus affers:
Tu curæ requies/tu medicina venis.
Tu das optatam languenti sæpe salutem: Typhernūs
Eripis e duro carcere sæpe reos.
Te vocat in partu mulier: te miles eandem:
Subuenias querulo saucius ore rogat.
Sæpe procelloso iactatis æquore nautis:
Dirigis in portum stella serena ratem.
Erigis afflictos: ęgris solacia prębes:
Sæpe venis terra sæpe vocata mari.
Tu morbos diramq; famem/bellumq; coherces:
Exigis a terris pęstis & omne genus.
Ante thronum nati supplex tu crimina mundi:
Diluis: & mundo pandis ad astra gradum.
Iram sæpe tuæ lachrymę flexere tonantis:
Sæpe minas lachrimæ cōminuere tuæ.

Humanum fortasse genus periisset & orbis:
Et potuit rursus mergere cuncta cahos.
Maternę ni rite preces / natiq; patrisq;
Fregissent iusti fulmina sęua dei.
Per te tuta quies: per te sunt ocia terris:
Pressa iacent merito bella nephanda tuo.
Te duce tuta ratis tumido volat æquore: tutū
Quilibet orbe vagus te duce carpit iter.
Pręsidium lapsis sola es lux vnica cęcis:
Supplicibus sola es portūs & ara reis.
Est primū Christi munus quod vescimur aura:
Gratia post Christum semp habenda tibi est.
Ille dedit vitam: tu quā dedit ille tueris:
Et facis accępto munere posse frui.
Ille dedit vitam nobis sperare futuram:
Tu nos ad vitam posse venire iuuas.
Filius inuitat: sed tu nos virgo reducis:
Si quisquam titubat porrigis ipsa manus.
O miseri ad tantam mortales currite matrem:
Hanc petite: illius sollicitate fidem.
Quæ nos cunq; premat rerū sors: pmpta leuatrix:
Præbebit fidas (ne dubitate) manus.
Filius at quanquā plenus pietatis Iesus:
Oranti minime vota negare solet.
Virgo tamen miserans: prolem pulsare timentes
Assolet irato conciliare deo.
Ad me festinus clamat proficiscere: quisquis
Dona cupis partus vberiora mei.

Nulla quidem sane grauior mortalibus vnquã
Pœna est: quam nato displicuisse meo.
Sed solet ex facili fieri placabile numen:
Liber / & immunis si petat esse reus.
Nam piger ad pœnas Iesus est: ad præmia velox:
Quicq; dolet / quociens cogitur esse ferox.
Qui vincit / semper victis vt parcere possit: Ouidius.
Et monet inspirans / vt dare possit opem.
Conscia peccati si mens desiderat: aures
Auertit nunquã dissimilando suas.
Quisquis es ergo grauis scelerũ quẽ sarcina p̃ssit:
Exorare pium ne vereare Iesum.
Nam placidus / facilisq; Iesus / veniq; paratus:
Excipiet voces cum pietate tuas.
Quid dubitas tutus ve times ? accede / rogaq;.
Nato nil ingens mitius orbis habet.
Illum supplicibus verbis placato: sub isto
Patrono infensi frangitur ira patris.
Quod si forte meam non ausis poscere prolem.
Me me conuenias / & mihi fide gemens.
Huc ad me cupidi solaminis / oro / venite:
Has pulsate meas consulo sæpe fores.
Nulli hominũ pietas (scitote) negabitur vnquã:
Hic impetratur gratia / vita / salus.
Ipsa dei mater: tantum me gaudeo munus
Sortiri: vt nostras non eget ille preces.
Tanta fui semper: virtuteq; prædita tanta:
Vt possim iratum flectere sæpe deum.

Sæpe lacu mersos visa eripuisse profundo:
Sæpe meas lapsis visa dedisse manus.
Sæpe trucem vinco / sternoq; viriliter hostem.
Quæ tunc impendent sæpe ego damna leuo.
Cuius ego non mox succurro vocata periclis?
Quis ve meam frustra sollicitauit opem?
Qui mea suppliciter petiit suffragia: sese
Non exauditum nemo dolere potest.

Historia de Theophilo.

Nõne ego te profugũ miserata / Theophile solui?
A Ioue dum fuerat reddita charta tibi?

De Basilio.

Nonne pater Basili: Iulianus apostata victus
Persensit nostras vincere nosse manus?

De Maria Aegyptiaca.

Nonne Maria meo meretrix adiuta rogatu:
In templo sacram procidit ante crucem?
Si tibi tanta datur cœli o regina potestas:
Si datur a Christo gloria tanta tibi.
Cur alium quã te miseri fragilesq; precemur?
Cur non credatur iam tibi nostra salus?
Obruimur rapidis noxę scelerumq; procellis:
Quippe deum variis lęsimus vsq; modis:
Subtrahit inde merum / cererẽq; / & criminis vltor:
Nos premit infęstis hostibus / atq; nece.
Innumerę gentes circum fera bella minant:
Funditus vt nostras depopulentur opes.
Acer Thurcus adest: immani milite cinctus:
Barbarus & nostros cominus intrat agros.
Relligionis adest iterum infęstissimus hostis:
Qui nostras animas / & sacra nostra sitit.

Iam properare ſolo: iam lata ſecare videmus
  Aequora: noſq; modis vincere mille parat.
Callidus inſidiis exterrita mœnia luſtrat:
  More lupi clauſas circueuntis oues.
Chriſticolum paſſim lętatur ſanguine fuſo:
  Cędibus innumeris nec ſatur eſſe poteſt.
En ferro & flamis ſacratas diruit ędes:
  Nomen odit ſacrum maxima virgo tuum.
En delere cupit chriſti indelibile nomen:
  Et violare tuum candida virgo decus.
Iam bello egregias diſiecit peſſimus vrbes: Virgilius
  Inſtat & oppugnat tecta ſuperba ferox.
Regna cadunt fidei: vici vaſtantur / & arces:
  Atq; domus / aulę / mœnia / templa cadunt.
Infantes pereunt: & pleno corpore matres:
  Heu ferro tremulę dilaniantur anus.
Occidit ante ipſas flamen modo plurimus aras:
  Immaduit caſto ſparſa cruore domus.
Virgineus temeratur honos: multaſq; ꝑ vrbes
  Traxerunt querulas barbara monſtra nurus.
Patricii cecidere ſenes: graiumq; iuuentus:
  Pannonios inſtans / Auſonioſq; premit.
Oſſa patrum / cinereſq; pios ſacroſq; reuellit:
  Relliquias violans / inclyta buſta terit.
Omne nephas rabido ſpirat de pectore Thurcus:
  Et ſolas cędes ſanguinolentus amat.
O ſuperi magnū tandem prohibete latronem:
  Quæ parat / in pectus vertite tela ſuum.

Tu quoq; diua parens cœli venerabile numen:
Mitis in humanū quæ genus esse soles:
Aspice tot strages/iacturas/damna/labores:
Quasq; soles miseris porrige virgo manus.
Ecce etiam attonitos totū grassata per orbem:
Mortales subito pęstis acerba rapit.
Typhernus Et nisi tu solita iam nos pietate reuisens
Iuueris: ad cuius confugiemus opem?
Si precibus locus est: lachrymis si flecteris vltro
Virgo piis: si te vota benigna mouent:
Fac rogo promoueas nostræ suffragia causæ:
Fac nati fiat mollior ira tui.
In sęuos belli ductrix fortissima Thurcos:
Fac celerem genitrix experiamur opem.
Fac/o catholicę spes & patrona salutis:
Hostes nos tandem vincere posse tuos.
Iamq; veni mater lachrymis moueare profusis:
Perpetuam nati virgo tuere fidem.
Amborum famulos placido mitissima vultu
Respice: totq; tuas diua tuere domos.
Virgilius. Cura tibi diuum effigies & templa tueri:
Cura sit & populo semper adesse tuo.
Et duce te pueri valeant iuuenesq; senesq;:
Et cum virginibus/turba pudica/nurus.
Sint baccho grauidi: plęni sint frugibus anni:
Sitq; ferax tellus: omnigenumq; pecus.
Pax & lęta tuos foueat concordia seruos:
Mutua christicolę fœdera pacis ament.

Iam nunc in sanctam redeat Germania pacem:
Dele odii quicquid semina ferre potest.
Humanum tutare genus sacra virgo: tuamq;
Perge precor sobolem conciliare tuis.
Da lętas segetes: Thurcũ tere: cõprime pęstem:
Fluctiuagam Petri siste Maria ratem.

Finit fœliciter.

Jacobus. W. Slet

stattẽn: ad beniuolos carminis sui lectores. qui diuã Parthenicen colunt & obseruant.

QVos noua delectant scripta hęc cognosci(te: vosq;
Theologi vates relligiosa cohors. Iacobts. V. Sletstatẽn.
Et vos in primis dominam qui creditis almam:
Conceptu nullam sustinuisse luem.
Nudipedes: Bernardi ordo sacer: & Benedicti:
Cum Carthusiacis cętera turba viris.
Et vos Germanas gymnasia clara per urbes:
Tu quoq; Parisię docta caterua scholę.

e

Ad.D.Bernardū de Breitēbach decanū: Robertū Comitē de Solms Custodē: Illustrem Principē Fridericū Cantorē: Gebhardum de Erenberg Scholasticū: Cęterosq; sanctę Metropolitanę ecclesię Maguntinę Canonicos: dominos suos obseruantissimos.

Iacobus.V. Sletstateñ. Canoniciq; Maguntini disquirite templi:
Carmina quæ vestro sunt data pontifici.
Dicite Bertholdo tua laus durabit in ęuum
Carminibus Iacobi: sed quid erit precii?

Ad Georgiū Gēmynger Prępositū Spireñ.

Tu quoq; prępo site Spirensis docte Georgi:
Gemmynger: hos versus pensiculato meos.
Pieridū cultor: gręcę/linguęq; latinę
Doctus: ad hos confer/lumina blanda/pedes.
Qui cleri decus es: qui spes mea/& vna voluptas:
Gloria nobiliū: qui mihi censor ades:
Hoc nostrum nouum opus tutela suscipe fida:
Nunc commendatus sit tibi & hic opifex.

Tetrastychon Georgii Gemmingii Prepositi Spirensis.

Georius Gemmynger Qui cecinit christi genitam sine crimine matrem:
Illius in labris mella fuisse putes.
Vt numeris cunctos/ita vincit carmine vates:
Qui procul a vicio virginis orsa probat.

Dystichon eiusdem.

Inuidiam superat sublimi carmine quisquis:
Principium dominę labe carere docet.

Sapphicũ Cõradi Leontorii ſueui Mulbronneñ. Reuerẽdi domini Ciſtertieñ: Secretarii: in Carmen Ia. V. Sletſtateñ: de triplici candore Marię.

Phœbe diuinum pater alme vatum: Conradus Leontorius.
Fronde daphnea redimite crines:
Primus argutis reſonare doctus/
Carmina neruis.
Pieras inter medius ſorores
Quæ cabellęis recubant in vndis:
Aut ſtrepunt lætas pedibus choreas
Caſtalis vmbra.
Iam tuam Delon viridemq; Cynthum:
Et nemus gratis fidibus ſonorum:
Quicquid & vultu placido reuiſas
Deſere phœbe.
Te petunt pulſu mea plectra leni:
Iuſtius nunquã vocitate muſis:
O decus vatum/ faueas canenti
Numine dextro.
Pangimus laudes meritas libello:
Dicimus grates meritas camœnis:
Quod dei ſanctam recinunt parentem
Carmine fauſto.
Hinc procul ſordes: procul hinc profani:
Luſus hinc turpis: iocus impudicus/
Et furor linguę exagitantis iras
Omnis abeſto.

Quicquid obscęnū sonat: aut malignis
Moribus sordens: animisqꝫ fundit
Perfidum cultis / miserumqꝫ virus.
Cęde canenti.
Liuor hinc sęui furibundus ardens
Pectoris: dirum cruciamen ito:
Nil iuuat dentes acuisse scabros:
Cęde camœnis.
Quid sub insana gemebunde pressum
Contines lingua trepidum furorem?
Parce iam tandem nimium feroci
Pectore frendens.
Omne lasciuum procul hinc fugatū est:
Nil nisi castum memorant libelli:
Virginem aduersus dominiqꝫ matrem
Inuide latras.
Totus hic matri sacer est libellus:
Deditam & christo venerare musam:
Qui fidem christi retines sub alto
Pectore clausam.
Ite nunc omnes / procul ite cuncti /
Virginem diuam quibus est pudori
Patrio semper caruisse nęuo:
Cędite / abite.
Tamdiu castum decus inclytęqꝫ
Matris ęternum / minuisse honorem
Vltor errantum / ac sceleris negabit
Parcere christus.

Ecce iam totum resonat per orbem
Sacra plebs Christi genitricis almę
Spiritum nunquã subiisse primi
Crimina morbi.
Pangit hoc mundus ꝓbat ipse christus
Et parens summo residens olympo
Quiqꝫ mortales superosqꝫ certa
Lege cohercet.
Pangit hoc tersi lepidum libelli
Carmen: & tota reboante musa
Approbat quod iam simul omnis orbis
Lętus adorat.
O sacro tandem saciata cantu
Musa non turpes modulata amores
Quos ciet flagrans ęricina nudo
Fornice dignos.
Linquis en paphum Venerisqꝫ Cypron
Et faces turpi calidas furore
Musa quæ christi placitura matri
Carmine fingis.
Furta iam irrisi Iouis estuantis
Simplices inter totiens puellas
Duraqꝫ incęsto metuenda linquis
Vincula marti.
Nil iuuat musas recitare cunctas
Et per ambages tibi respuendas
Ire: sordentemqꝫ iterare callem
Musa relictum.

Quicquid infames redolere mores:
Quicquid & fictas superum rapinas:
Aut sonat versu tenerum canoro
Musa relinquis.
Ipsa iam gaudens elegia sumpto
Lætior cultu nitidum refulsit:
Et deum falsos modulata sæpe
Spernit amores.
Huc precor fausto pede conuenite
Qui deam mecum colitis pudicam:
Et serenata relegamus istos
Fronte libellos.
His nihil turpe inuenies camœnis:
Nec tuas casto timidas pudore
Pruriens versus / petulans ve musa
Verberat aures.
Sed pios cultus dominę Mariæ:
Spiritum & sancto niueum decore
Concinens: mores veneranda tantos
Musa sequuta est.
Nunc tuum virgo generosa vatem:
Et tuas virgo benedicta musas:
In sacrosanctum gremium recęptans
Lęta tuere.
Nam tibi soli famulata castos
Condidit nostri modulos libelli:
Et tuum claro officiosa nomen
Carmine laudat.

Quisquis aduersum stimulatus ira
Latrat hunc cęlso imperiosa sceptro
(Dęmonum sub quo trepidant cateruę)
Virgo coherce.
Vt pias semper posituræ laudes
Musa liuorem strepitumq̨ vanum.
Sub tuis spernat bene tuta curis
Virgo Maria.
Ipsa nil pręter resonet Mariam.
Ipsa reginam celebret Mariam.
Teq̨ nos omni veneremur ęuo.
Virgo Maria.

Epygrãma Petri
Scoti Argentineñ Iurecõsulti.

Multum virgo tibi: multum cyrrata iuuentus
Carminibus debet docte Iacobe tuis.
Illi quam merito certas fulgere nitore
Grata venit pietas: hos tua musa iuuat.
Non iuuet hos musa Aonii ieiuna liquoris:
Non negat iccirco pręmia virgo tibi.

Ode Sebastiani Brant:

in cõmendationẽ carminũ de triplici candore Mariæ: per Iacobũ. V. Sletstatteñ. ęditorũ.

Iambi. trimetrum.

Studere plurimi solent prouerbio:
Tritum / loquendi quod frequens vsus habet.
Q optime loqui decet de fœminis.
Item / perire quod pręstatur Inclytis
Mulieribus / nullum potest obsequiũ:
Nec esse frustra quicquid his impenditur.
Quas igitur tuo rependes Iacobo
Vati / Maria virgo / mater / gratias?
Qui non modo de te loquutus optime:
Sed & tibi gratum canẽs officium:
Tuum nitorem splendidis carminibus:
Et triplici candore te concelebrat.

Elegiacum

Pręcipue huc tendit tua q conceptio / nęuo
Criminis inmunis / sit sine labe simul.
Et q nulla in te macula / aut nota adhęserit vnq:
Qua / non clara quidem: mundaq tota fores.

Ionicum.

Dominarũ decor / & flos sine spinis:
Benedicta es / merito inter mulieres:
Tibi vatem rogo / serues bona mater:
Sibi partem super astris tribuendo.
Superorum face q sit comes aulę:
Sacies Ambrosia virgo poetam:
Bibat & Nectareos lętior amnes.
Videat regna bonis consociatus.

Hic nam te triplici tegmine candidam Alcaicum
Illustrat: nitidam corpore primitus:
Sancta mox animaq;:
Demum iungit vtrunq;.
Vatem virgo tuum muneribus quidem
Condonare velis optima maximis.
Viuat te duce foelix.
Laudes concinat vt tuas.
Et pari modo Sebastianum: Trochaicũ.
Regis excelsi parens foueto.
Qui tuis / studet iugi labore/
Laudibus vigil sit vt sonoris.
Tuus ille poeta fauens recinit Anapesticũ.
Tibi carmina digna / Venusta parens:
Elegis quoq; nobile pangit opus.
Memorans tua candida facta satis.
Modo versiculis canit imparibus
Triplici celebrans tibi laude decus.
Nihil & penitus tacet egregium:
Meriti quoq; preterit ille nihil.
Age dum bona mater / amare velis
Hominem: cui chara / nimisq; places.
Faueant sibi fata benigna precor:
Sibi sitq; salus: valeatq; diu.

Tetrastychon Iodoci
Galli Rubiacen̄. Teheologi.

Nunc tandem excęlsę christi dum matris / origo
Clarior est numeris facta Iacobe tuis.
Quæ soli prius hęsperię / graiscꝫ fauebat:
Per te Calliope theutones alma fouet.

Heroicum Petri Bo
landi Laudenburgen̄. ad Iacobum
Vimpfelingiū Sletstattensem.

Petrus Bolandus

Neglectum longo pegaseum tempore fontem /
Squalentemcꝫ situ nobis quos hęsperus ambit:
Et quorū tundit decurrens littora rhenus:
De procul in nostras deriuas finibus oras.
Carmine theotocos quo sacratissima laudes
Assequitur: duplici Iacobe irradiatcꝫ decore.
Extra etenim forma fulget: virtutibus intra:
Quas ceu iure patrū (quorꝫ de sanguine creta est)
Contrahit: excludit primęcꝫ piacula matris.
Quod tua iudicio laudato musa fatetur:
Et fidei pietas tanta de virgine credit.
Dant diuersa alii sacris non absona scriptis:
Quis si credidero hāc puto nō offendere nymphā.
Tu tamen ecclesię musas submittere praxi
Non dubitas: cuius dici & vis subditus esse:
Deuitas sterili riuos inducere harenę.

Dulcia fertilibus producens flumina pratis:
Dũ Cibelen/doctis: reliq̃s quoq3(quas mõ fictas
Nouimus esse deas)refugis laudare camœnis
Calliopen summi conuertens ad genitricem
Ipse dei veram: veris q̃uã laudibus/ æquum
Efferre/ & dignum est: super omnia sydera cœli.
Nam conuexa poli: magnæ & quẽ pondus abyssi
Continuisse negãt: vtero hæc sacra virgo gerebat.
A partuq3 dolor tunc virginis exulat omnis:
Cuius conceptum nõ est operata libido.
Cuius & in partu non esse reclusa pudoris
Claustra/fide constat: virgo velut ante manebat.
Virgo fouens gremio claudentem cuncta pugillo:
Omnia pascentem sacrato pectore lactat.
Virgoq3 quẽ genuit dominũ procliuis adorat.
Cuncta sine exemplo hæc facta fuisse liquet.

Elegiacum Petri
Bolandi Laudẽburgii

Multa licet dominę resones pręconia nostrę:
Visa est materia laus tamen ipsa minor.
Nam laudare satis semet natoq3 decoram:
Humanum eloquium tabet & angelicum.
Quãuis se balbum: quãuis se mole grauatum
Omnis peccati nouerit atq3 mali.
Et cum scripta sonent: non est ex ore malorum
Laus hominũ grata nec speciosa deo.

Nemo tamen laudes genitricis virginis/ vnquã
Dicere desistat/ vel meminisse pias.
Laudibus ex matris nato prçconia crescunt:
Pignoris ex laude &/gloria matris erit.
Hostia honorificans dominũm laus esse probat:
Laudanti pandens rite salutis iter.
Et veniam spondens hominẽ dignabitur aula:
Quæ post corpoream perpete laude sonat.

Tetrastichon eiusdem

Petrus Bolandus.

Viue Iacob foelix laudator virginis almç:
Atq; tuç vigeant musç: quæ laudibus ipsam
Exornant: cuius laus est dignissima laude.
Laus est laudandam quam tibi magna datam.
Vale mi Iacobe.
Et sit mens sano corpore sana tibi.

Illustrissimi Co. Rhe.

Palatinorũ pedagogus: Adam Wernerus Themarensis. suo Iacobo. V. Sletstatteñ

Verinerus Themareñ.

Virginis intactę noua te cecinisse susurrat
Fama loquax/nulli carmina visa viro.
Et Ioue digna legi queritur te sæpe rogatum
Condere: & immerito carcere scripta premi.
Quid pręter solitũ precibus nõ flectere amicis
Durus? te fallax spes (mihi crede) capit.
Custodit danæn occluso limine turris
Frustra: & te Minos/Dedale clause/tenet.
Palladium multo nõ seruat milite Troia.
Solaq; prodebant te Amphiarçe loca.
Et tu clara teges semper noua carmina? Phœbũ
Crede prius radios condere posse suos.
Ergo nouum castę rogitatus amore parentis
Quam colis: in lucem fac modo pergat opus.
Fac/decus huic terre quondã insuetũ atq; negatũ/
Prodeat ante oculos (ęre premente) auidos.
Hoc primũ videat mirans rapidi accola Rheni:
Hoc grandi carũ Neccharus ęre luat.
Quod dixit totiens/Germania barbara tellus:
Tum latium doctas hic sciat esse deas.
Sic nostræ fidei splendorem: virginis almę
Lustrabit trifidus candor in orbe nitens.
Pręmia nec deerunt tibi: quã canis/Inclyte vates/
Ipsa dabit manibus Candida virgo suis.

Jacobi Han Argentineñ. Tetrastichon Ad diuā Parthenicen.

Iacobus Han

Si quondam numeris/christi purissima mater/
Vympflingus male fœda suis aut lubrica scripsit:
Obtineas veniam: nūc casta & sancta canenti.
Fac quoq; vt astra petat: naturæ munere functus.

Tetrastichon Iohānis Bechenhubii Maguntini.

Io. Bechenhubius.

De Sletstat Iacobus Vimpflingus: munere trino
Te nitidam dulci voce Maria canit
Premia tu Iacobo da trina: vt corpore/mente &
Hic viuus valeat: mortuus astra petat.



Ad Jacobū Wimpfelingium. Iohānes Bergman de Olpe ecclesię Basilieñ. Capellanus: huius impressionis promotor.

Iacobe conceptū / tua q tam candida pangunt Io. .B. de Olpe.
Carmina / pręclarū: virgineumq decus:
Hinc operā hanc placuit / bñdictę impēdere matri:
Hoc opus impressi sumptibus atq meis:
Quo virgo ęterno celebretur honore pudica.
Et tua / multorꝝ / fama per ora volet.

